


Furnias,
F. A. Klieb.
Musikalische
Werke Teneores.





GOTTLIEB STVRMII, PH. et J. V.D.
DISSE^TRATI^{ON}E^S
JENENSES

VARI ET VTPLVRIMVM RARISSIMI ARGVMENTI

DE POSSESSIONE
E JVRE IN RE ET AD
REM ELIMINANDA.

I. DE DISTINCTIO-
NE JVRIS SCRIPTI ET
NON SCRIPTI ANTI-
QVITATI RESTITVTA.

I. DE BENEFICIO
VRBANO,

vom

Bürger- Behn.

IV. DE REO IN PRO-
CESSV INQVISITORIO
NON CONVICTO IN
EXPENSAS NON CON-
DENMANDO.

V. HOBESIVS SOCI-
ALIS S. DE GENVINO
JVRIS NATVRALI'S
PRINCIPIO HOBESII.

VI. IMPERATOR C.
JVLIVS CAESAR NON
IMPERATOR.

DENVO RECVSAE,
AVCTAE ET A MENDIS REPVRGATAE.



VITEMBERGAE,
IMPENSIS ET LITERIS SCHLOMACHIANIS.



DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
DE
POSSESSIONE EX IVRE IN RE ET AD REM
ELIMINANDA

ANNO 1725. IENAE HABITA

SVB PRAESIDIO
IO. BERNHARDI FRIESENS, JCti ET ANTECESSORIS IENENSIS.
SVB TITVLO,
DE GENVINA POSSESSIONIS INDOLE.

A. M. E. N.

CAP. I.

DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE EX IVRE IN RE AVT
AD REM, POSITIVE.

§. I.



Mne ius quo utimur, vel ad personas pertinet,
vel ad res, vel ad actiones, §. vlt. I. de I.N.G. & C.
L. 1. ff. de stat. boni. Haec est philosophia Gaii,
& qui eum descripsit, Iustiniani. Alter Pagenst.
M. 3. ad p. 19. Lauterb. Ius enim versatur solum
circa actiones hominum morales. Actiones
autem hominum morales occupantur vel
personis, vel rebus, & tandem oriuntur de-
num actiones forenses.

§. II. Personae igitur considerantur secundum earum statum, ex quo
ius personarum, actiones praejudiciales ^{a)} producens, oritur. Quare
non admodum accurate diuisio in Lib. I. Inß. proposita videtur, quia
multa

A

2 CAP. I. DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE

multa ibi legimus quae non ad praeiudicia pertinent, sed ad obligationes. Vnde facillime patet error, qui proponitur *pr. Inst. de R. D.* vbi dicitur solum hactenus actum esse de personis, nunc fiat transgressio ad res, cum tamen iam exposita sint multa, quae ad res b) pertinent.

a) Etiam incidenter tractantur quaedam quae proprie actiones praeiudiciales non parunt, ut, an vxor sit? quaestio est incidentis in actione praeiudiciali de partu agnoscendo. *L. 30. ff. de reb. auti. iud. possid.* falso legit praeiudicio, cum legendum sit, per iudicem, uti vult *Cuiac.* uid. *Hub. prael. de att. n. 17.* Proprie autem tres fontes actionum praeiudicialium habemus, quos exhibet Imperator *§. 14. de Att. Scilicet 1) an aliquis liber sit vel seruos 2) an sit libertus vel ingenuos 3) de partu agnoscendo. tit. ff. & C. de liber. *Caus. L. vls. ff. si libert. ingen. esse dicitur. L. 3. §. 1. de agnos. & alend. liber.**

b) Nam omnes obligations pertinent ad res, vt videre est in *pr. Inst. de oblig.* Igitur quae de tutelis &c. locutus est, pertinent ad res, quatenus exinde obligatio nascitur. Bonae explicationis causa *Lib. I. 7.* tractatur de tutelis, ut cognoscantur personae sui iuris, quae opponuntur personis alieno iuri subiectis. Igitur & personae ad res pertinent, quatenus non ex carum consideratione oritur actio praeiudicialis, sed personalis. Nec actiones praeiudiciales, pertinent proprie ad reales, quia in illis nulla petitus restitutio, nec in se habent villam condemnationem, scil. vt reus aliquid det aut reficiat: Ast si comparatio sit intentione, proprius accedit ad actiones in re, quam ad rem, quo etiam pertinet vocabulum: yidentur, *§. 14. Inst. de att.*

§. III. Secundum Iuris obiectum est ius rerum, quod Pontifex & Doctores propter docendi utilitatem iterum diuidunt in ius in re & ad rem. a) Hinc ingens oritur quaestio, quotnam species habet ius in re. Vulgo quinque enumerantur, 1) dominium, 2) seruitus, 3) pignus, 4) ius hereditarium, 5) possessio. Alii vnam speciem, scil. dominium, alii quatuor &c. admittunt. *Pagenstech. in Apb. 22. Inst. Lib. 2.* octo species enumerat.

a) fermari igitur ex vulgari opinione potest haec tabula:
ius versatur circa

lus 1) personarum, 2) rerum, 3) actionum

1) ius in re, 2) ius ad rem.

§. IV. Ius in re est Facultas homini in rem competens, sine respectu ad certam personam. Vnde producit actionem in rem ubicunque ea sit, & contra quemcunque possessorem. Ius ad rem est Facultas competens in aliam personam, vt nobis aliquid praefest, h. e. det vel faciat, & producit actionem, non contra tertium, sed solum in certam personam nobis obligatam. vid. *Lauierb. comp. p. 19.*

§. V.

§. V. Nostrum autem nunc non est dispicere de singulis speciebus iuris in re, sed solum solliciti sumus circa ius possessionis ^{a)} quod vulgo enumeratur in catalogo specierum iuris in re. Fuerunt tamen jam eruditii, qui eximere adlaborarunt ex hoc elenco possessionem, & transferre ad ius ad rem; ast quia nec hoc fieri potest comode, tertiam elegi viam, & ius possessionis ne quidem ad ius in re, nec ad ius ad rem pertinere, sed esse tertium quoddam ^{b)} cogitauit.

- ^{a)} Dum ius possessionis nominamus, non fauemus partibus eorum, qui ius possessionis ab ipsa possessione distingunt, sed prius nobis unum idemque est. vid. Hub. prael. ad Inst. de interd. n. 2. quia ius possessionis cum possessione oritur & interit, & ius recuperandae possessionis est facultas, qua satagitur ius possessionis recuperare. Est autem possessio ex definitione Lauterbachii, detentio rei, qua quis suo nomine, animo & affectione sibi habendi, rem detinet.
- ^{b)} Hac assertione non contrariamus §. vlt. I. de I. N. G. & C. sed potius plane consentimus, & possessiones etiam ad res referimus, quod non absurdum, quia & Imperator iura ad res retulit, solum subdivisio iuris Canonici & Doctorum Dichotomicae dicam scribimus, tanquam minus accuratae, quia tria membra poscit. Sit igitur sequens tabula, ut mens nostra recte capiatur.

Ius est

1) Personarum, 2) rerum, 3) actionum,

est vel 1) ius in re, 2) ius ad rem, 3) ius possessionis.

§. VI. Quia autem non dixisse, sed etiam probasse hanc opinionem laudabile erit, igitur multis rationibus eam adstruam, imprimis autem robur ex legibus adferam.

§. VII. Sententia haec mea colorari potest ex L. 1. §. 1. ff. de Surfacebus. ubi sequentia: Sin autem ab alio prohibetur, praestare ei actiones suas debet Dominus, & cedere, sed longe vile visum est, (quia [&] incertum erat, an locati existiveret, & quia melius est, possidere prius, quam in personam experiri) hoc interdictum proponere, & quasi in rem actionem polliceri. Vnde videre licet, quod possessio non sit ius ad rem, quia expresse opponitur huic iuri, per verba: Melius est possidere, quam in PERSONAM experiri. Nec est ius in re, ob verba: & QUASI IN REM actionem polliceri. Vocabulum etenim: QUASI, satis innuit, quod non sit verum ius in re, sed aliquam solum similitudinem habeat, quam & producit L. 1. §. 3. de Interdicto. Nam possessionis si

A 2

com-

4 CAP. I. DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE

comparatio instituenda, magis ad ius in re, quam personarum inclinat, ast propterea non statim est ipsum ius in re, quia omne simile etiam est dissimile. Senteritiam etiam meam firmat magis quam infringit §. 1. Inst. de Act. Nam ibi expresse dicitur, quod eae actiones vel in rem vel in personam sint, quibus inter aliquos apud IVDICES ARBITROSVE de quacunque re quaeratur. Igitur huc non pertinent Interdicta, quia non petitur iudex, aut arbiter in iudicio possessorio, sed Praetor ipse rogatur ut interdicat iubendo vel vetando, ideo IPSE PRAETOR interdicta interponebat, vid. Schulting. ad Paul. Recept. Sent. p. 453. Deinde natura actionum iuris in re satis clare ex dicto §. patet, & quidem ex verbis: *Nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.* Igitur non possidens a possidente vindicat, quod fecus in interdictis, vt paulo infra videbimus. Et nescio an quid fortius inueniatur possit pro adstruenda mea opinione, L. 68. de R. V. vbi circa finem interdicta distinguuntur a realibus & personalibus actionibus.

Rat. 2. §. VIII. Actionum & interdictorum origines & causae valde differunt, interdicta enim oriuntur ex FACTO possessionis L. 1. §. 3. 4. ff. de A. vel A. P. L. 19. ex quib. caus. mai. L. 1. §. 15. si is qui testam. liber. Differunt ideo a vindicationibus; quia hae oriuntur ex iure in re. L. 3. §. 4. ff. de A. vel A. P. L. 12. ib. a Personalibus, s. conditionibus, quia hae ortum trahunt ex obligatione. §. 1. I. de Act.

Rat. 3. §. IX. Obiecto interdicta etiam a reliquis actionibus differunt. Vindicationes enim contra quemcunque instituuntur, quia non de persona sed de re quaerimus. vid. L. 19. ff. de Iure fisci. Conditiones solum personam deuinctam habent. §. 1. I. de Act. Interdicta neque de re a) neque de obligata persona b) quaerunt proxime, c) sed solum factum possessionis in iudicium deducunt. vid. L. 2. ff. vti poss. L. 7. de vi & vi arm. L. 1. C. de precar.

a) Nec dimouet me L. 2. §. 2. ff. de interdict. & L. 3. §. 13. ff. de itin. aetque. Nam ibi exceptio a regula monstratur, & proponitur, quod hocce interdictum notabiliter diuersum sit, ab aliis. Nam alio Interdicto ius in re non persequimur, nec mentio seruitutis easq; ob causam sit, vt probari debeat, sicuti in hoc Interdicto de itinere aetque priuato. Neque semper hocce interdictum tci persecutionem inuoluit, nec ius in re probari debet, sed solum eo in casu, quando sibi ius reficiendi alter arroget, ob rationem additam: *Enimero qui vult reficerre, aliquid noui facit, neque debet ei in alieno permitti, id moliri, nisi vere babet seruitutem.*

b) Volunt quidem Dd. ex possessione interdicta realia & personalia nasci, vid. L. Anab. terb. tit. de Interd. Ast dissensus ibidem allegatus Dd. satis dubiam reddit thesin,

EX IURE IN RE AVT AD REM, POSITIVE.

5

sin, & singas eam esse veram, eo ipso satis se distingueret possessio a iure in re & ad rem, quippe ex quibus vnius saltim generis actiones propullulant.

s) Alias enim in actionibus realibus concurrit persona, & in personalibus res, quo nomine etiam facta indiguntur in iure nostro. pr. I. de oblig. ex del.

§. X. Nomina quoque Actionum & Interdictorum sunt diuersa. Rat. 4.
sillima. Nam ex iure in re oriuntur vindicationes. L. 25. pr. de O. &
A. ex iure ad rem condicione. ib. Ex possessionis iure Interdicta.
pr. I. de Interd. Actiones quoque opponuntur Interdictis L. 1. §. 4. vii
possid. vbi sequentia; Restitutae possessionis ordo aut interdicto expeditur,
aut per actionem. L. 178. §. 2. de V. S. dicit, actionum nomen generale
esse, ibique explicat, quid in significatu generaliori determinet, scil.
actiones reales & personales, ne verbum quidem habet de inter-
dictis. 4)

a) Nec obstat mihi L. 43. fin. ff. ad L. Aqu. L. 3. de mort. inferend. in his enim
legibus Pomponius interdicta actiones vocat, ast vocabulum actionis in latissimo
sensu etiam occurrit in iure nostro, adeo ut etiam de criminalibus, & sic de li-
te omni, sumatur. vid. Vinn. ad pr. I. de action. sub voce: de actionibus. Multo
minus obstat L. 3. C. de Interd. quia est Diocletiani & Maximiani, quorum sub
regimine iudices pedanei iam erant explosi L. 2. C. de Ped. iud. igitur actiones
pro interdictis exercebantur, pr. I. de Interd. Et forsitan haec explicatio etiam
LL. priores tangit Pomponii, qui, etsi floruit sub M. Aurelio Seuero, nondum
ramen liquet sub Diocletiano iudices pedan. desuisse, quia L. 2. C. de ped. iud.
de speciali casu loquitur, & abolitionem iudicium tanquam rem antiquam com-
memorat.

§. XI. Ordo quoque procedendi aliter longe se habet in actionibus Rat. 5.
possessoriis, ac in petitoriis a) Ex iure etenim in re & ad rem oritur iu-
dicium petitorium s. ordinarium. L. 24. ff. de R. V. Ex posses-
sione autem possessorium s. summarium. L. 12. §. 1. ff. de A. vel A. P.
Petitorium mihi rem statim adiudicat, possessorium secus. L. 35. ff.
de A. vel A. P. In petitorio res decisa non redintegrari potest, ob
exceptionem rei iudicatae, bene autem quae in possessorio decisa.
L. 14. §. 3. ff. de Except. Res iud. Hinc possessorium iudicium solum
momentaneum est.

a) Si oculo retorto Romanorum iudicia adipiscimus formularia, satis clare ibi re-
perimus distinctissima fuisse ius rerum & ius possessionum. Nam in iure rerum
experiri si quis volebat, dicebatur petere aut agere, sin autem de possessione
adipiscenda, retinenda aut recuperanda lis erat, tunc dicebatur interdicere. Igi-
tur Quintilianus III. 6. Inst. dicit: Non debuisti INTERDICERE sed PETERE
vid. L. 1. §. 2. ff. de sin. publ. L. 6. ff. ne quid in loco publ. Et Praetor in peti-
torio iudicium dare dicebatur, in possessorio interdicere. L. un. pr. ff. vt in sum.
publ. ibi verba: Item et per lacum, fossam, stagnum publicum nauigare licet;

A 3

Inter-

6 CAP. I. DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE

Interdicam. L. I. §. 29. ff. de aqua. cot. L. vn. pr. ff. de Fonte. In actionibus INDEX PETEBATVR, in Interdictis ROGABATVR PRAETOR, vt ipse, non date iudice Pedaneo, interdiceret iubendo aut vetando, sicut Schulting ad paul. Sentent. p. 453. & qui eum secutus est preesse, Heinecium ad Inst. tit. de Interdictis §. 4. Si igitur res dubio carebat, aduersarius autem parere recusabat, interdictum exsquebatur Praetor, si autem aduersarius negabat hoc iudicium recte aduersus se petitum esse, & scrupuli plus adparebat, actionem atque iudicium ex causa interdicti dabat Praetor. L. I. §. 2. ff. si bennus nom. mul. L. 21. pr. ff. quod vi aut clam. §. 8. Inst. de Interd. ibi vocatur actio vitios. Paulus L. 4. tit. 7. §. vlt. dicit: Editio perpetuo cauetur, ut si tabulae testamenti non adpareant, de earum exhibitione interditio redditio, intra annum AGI POSSIT, quo ad exhibendum compellitur qui supprimit. Et de hoc casu intelligendum esse arbitror Theophilum, qui interdictum definit, quod sit enunciatio Praetoris de possessione vera vel quasi, non decidens controversiam, sed iudicem quo pacto iudicandum sit instruens. Nam si de interdictis in genere vult hoc dicere, crasse errat, vti & in explicatione particulae taxatiuae a lustiniano pr. I. de Interd. additae, valde errat, vbi; maxime, ita explicat; quoniam fieri potest, ut possessionis quaque causa non subsit, & tamen interditum accommodet Praetor.

Rat. 6. §. XII. Si in petitorio ex iure in re aut ad rem ago, & per sententiam grauatus sum adpellare mihi permisum est, aut alio vti remedio suspensiuo, nequitam vero si in possessorio res ventilatur. L. vn. C. si a momentan. poss. Rationem esse credo, quia mihi adhuc relictum est agere in petitorio, vbi de re quaeritur, & in possessorio grauatus, solum possessionis beneficium amitto.

Rat. 7. §. XIII. Reliqua iura requirunt causam iustam & habilem si adquiri volunt, possessio autem nulla ex causa potest transferri §. 7. I. de Vfucap. Immo iniusta etiam causa sufficit. L. 3. §. 22. de A. vel A. P. L. 1. §. 6. ib. L. 3. §. 5. ib. L. 2. ff. vii possid. L. 5. ff. de A. vel A. P. L. 67. pr. de furtis.

Rat. 8. §. XIV. Quia nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est. L. 35. de R. I. etiam possessio, quia ex nulla immo iniusta causa adquiritur, ex iisdem causis dissolui & desinere certum est. Ex nulla igitur causa desinunt possessio ob L. 3. §. 13. de A. vel A. P. L. 7. ib. Iniusta etiam causa sufficit ad amittendam possessionem a) ob L. 3. §. 9. ibi: aut vi deieci fuerimus, L. 15. de A. vel A. P. Immo Vlpianus ipse differentiam possessionis & dominii ostendit in L. 17. §. 1. ib.

a) Hic obstat videtur L. 8. ff. & L. 3. §. 6. ff. de A. vel A. P. Ait respondeo, unus positionem non esse alterius exclusionem; in §. enim nostro enarravimus modos amittendi possessionem, quae plane abhorrent a iuribus rerum, non tamen dicimus eos solos esse. Ceterum quomodo lex 8. cum L. 3. §. 6. conciliari

liari possit ostendit Lauterbach. ad h. l. p. 572. Huberus & Wissenbachius desiderant in L. §. vocem fere. Quae conciliatio non placet, magis Lauterbachii arridet. Et si quid in lege corrigendum, vellem potius legere pro vtrunque, vtrumcunque. Aut si aliam conciliationem desideras, dabo. In L. 3. inquire videtur Paulus in controverson Proculianorum & Sabinianorum, & sectae priori calculum dat, vti patet ex §. 8. circa fin. Placita autem huius sectae habet L. 31. ff. de dolo malo. Igitur demonstrat, si modo animum possidendi haberem, sive corpore praefens sim sive absens, nihil ad rem faciat. At in L. 8. disputat de casu vbi iam corpore absens sum, vti videre est ex L. 6. §. 1. L. 7. animo tamen retinendi possessionem, retinerent etiam, vti patet ex L. 6. §. 1. At si & per signa declararem, me animum possidendi reieccisse per L. 7. tunc in eo casu & corporis & animi absentia aedesse debeat, quia sola corporis absentia non sufficiat, vid. L. 8. iuncta L. 7. & 6. §. 1. Nec sufficiens signum esse, me etiam animo abieccisse possessionem, si colonus vel seruus discesserint, L. 9. b. t. sed si ego ipse & corpore & animo declarato discessissim.

§. XV. Omne ius demortui accipit heres, nominaque in here- Rat. 9.
dem transeunt per L. 37. de A. & O. H. At possessio non transit in he-
redem, L. 23. pr. de A. vel A. P. quia facti est, vid. L. 1. §. 15. ff. si is, qui
in testam. liber. Contradistinguitur igitur possessio iuribus, quae in he-
reditatem veniunt L. 178. §. 1. de V. S.

§. XVI. Tandem & ultimo loco ex positu titulorum, & mate- Rat. 10.
riarum Iuris coniiciendum est Interdicta, quae ex iure possessionis ori-
untur, longe diuersissima esse ab actionibus in re & ad rem. His et-
enam expositis, nec non exceptionibus, tandem venit ad interdi-
cta in Institutionibus Imperator. In Pandectarum libris exposito iu-
ris ordine, omnibusque actionibus realibus & personalibus, tandem
de interdictis agit. a)

a) Forstian Iustinianus culpari posset, ob possessionem, in Inf. & ff. ad loca vlti-
ma relata, ob L. 3. C. de Interd. Nam possessorum praeedit semper peti-
torium. Pre saluando tamen Iustiniano sufficere posset, eum sequi voluisse or-
dinem originis Interdictorum. Nam quemadmodum Prator nouissimus Magi-
stratus est in Republ. libera, ita etiam Interdicta ab ipso adiumenta, nouissimo
exponere loco voluit. Quanquam in iudicio instituantur ante petitionem.

§. XVII. Generalioribus praemissis, singula diuisionis genera,
quae exhibet §. 2. sc. Interd. lustrabimus. Adipiscendae igitur pos-
sessiois quaedam Interdicta comparata sunt. Vbi satis clare vide-
mus, quod, qui agit, non habeat ius possessionis, quia hoc demum
ex possessione oritur, nec dantur domino ex iure aliquo in re con-
stituto, nec ad eundem tendunt effectum. Exemplo rem declarabimus, & quidem Interdicto: quorum bonorum. Vbi non potest di-
ci,

§ CAP. I. DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE

ci, ortum hecce trahere ex iure hereditario, quia hereditatis petatio & possessoria & Ciuilis ex eo oritur iure, & actori, corporalia plene & incorporalia, adiudicat, cum hoc interdictum nudam solum detentionem rerum corporalium actori tribuat. Fieri autem non potest, vt iudicia ex uno eodemque fundamento & principio proximo ortum trahant, quae diuersissima sunt & ratione ordinis procedendi & eventus. Quare ortum suum sumere dicit *Haberus ad Inst. b. t. §. 7.* hoc interdictum ex possessione, quam ex Praetoris edicto adeptus est Actor, quanquam forte ius hereditarium penes eum non sit, vnde & possessio a Praetore decreta, saepenumero fit sine re & effectu. Hinc definiri posset; quod sit actio extraordinaria *§. vlt. Inst. de Interd.* quae pro impetranda iufitione Praetoris competit, ad consequendam rerum hereditariarum, quae alius pro herede vel pro possessore possidet, possessionem, *L. 1. pr. ff. quorum bonorum.* Et quae de interdicto quorum bonorum notauimus, omnia etiam locum habent de reliquis interdictis, quae ex fundamento oriuntur, quod seruitutis, pignoris, aut hereditatis mentionem recipit, quanquam in ea meritum caussae non collocet. Exceptio quidem aliqua est, quam *vid. §. 9. not. a. huius cap.* vbi quae hec in specie dicuntur, ibi uniuersim dicuntur. Nam in reliquis interdictis solum factum aliquod probatur, ex quo colligitur, iustius esse actorem possidere, quam aduersarium, ipsum autem ius hereditatis, seruitutis, aut pignoris in petitorio deducitur. Quod haecce interdicta non pertineant ad ius ad rem, satis patet ex *§. 1. I. de att.*

§. XVIII. Retinendae possessionis Interdicta, non possunt esse orta, ex iure in re, quia, qui in rem agit, petit, vt res sibi restituatur, vti ipse *Iustinianus §. 4. I. de Interd.* profitetur, per verba: *quia & ciuilis & naturalis ratio facit, vt alius possideat, & alius a possidente petat.* Qui autem habet hoc interdictum, se possidere iam profitetur. Nec obici potest alter habere ius possessionis & agere de retinenda, contra eum qui solam detentionem habeat. Nam interdicta retinendae possessionis duplia sunt, vtriusque possessio allegatur, par vtriusque conditio est *§. 7. I. b. t.* vterque sic se possidere contendit, vt ab ipso vindicationis iudicio res peti debeat. Igitur alter non solam habet detentionem vti ipse *Iustinianus inuitus verbis: qui possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario*

L. C.



EX IVRE IN RE AVT AD REM, REMOTIVE.

L. C. tempore, detinet §. 4. c. Pluribus sententiam hanc corroboravit Hub. Prael. ad b. l. §. 10.

§. XIX. Interdicta recuperandae possessionis, & quod in Institut. potissimum enarratur, unde vi, non est ex iure in re, quia non datur contra tertium L. 7. de vi & de vi armata. Nec ad actiones personales referri potest, quia non agitur modo ordinario sed sumario, nec datur ex vero maleficio, quia non agit ad poenam, nec ex interdictis infamia sequitur, sicuti ex maleficiis Lauterb. p. 61. & L. 7. ff. de publ. iud. Qui ex maleficio agit Dominus est, agitque contra non Dominum, ast in hoc interdicto agit etiam non Dominus contra Dominum L. 8. ff. unde vi. Nec referri potest ad classes maleficiorum, quas exhibet Imperator pr. I. de obl. quae ex del. nasc. Nec datur ex quasi maleficio, quia non solum competit si indirecete, a) sed & si directe quis aliquid commisit. L. I. §. 11. & 12. ff. de vi & de vi armata.

a) Sic constituta est differentia maleficii & quasi maleficii, in maleficio directam alterum laedendi intentionem habeo, & sic dolose ago, in quasi maleficio autem solum indirecete alterum laedo, & sic culposo ago. Adplicari tamen hic possunt regulae de imputatione quas habet Pufend. de O. H. & C. c. 1. §. fin.

CAP. II.

DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE EX IVRE IN RE AVT AD REM, REMOTIVE.

§. I.

Vtis rationibus, quibus directe demonstrare volui, possessionis ius non admodum commode referri posse ad ius in re aut ad rem, indirecte nunc & id probandi causa me accingo. Ad castra igitur dissentientium accedo, ea mente, ut expilarem, quae pro stabilienda opinione contraria, congeserunt, ab iisque allegatas Leges, quantum potuero, penitando refutabo.

§. II. Prima autem de possessione loquendi occasio iis subnascitur in titulo *de divisione rerum*, vbi species iuris in re exponunt atque ultimum locum in hoc catalogo adsignant possessioni. Adstruunt hanc suam opinionem variis LL. argumentis, & quidem arg. L. 1. §. 1. ff. de *Superficiebus* ad quam legem satis respondi in *Diss. huius c. 1. §. 7.* superiuacaneum igitur esset crambem bis coctam adponere.

B

§. III.

10 CAP. II. DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE

§. III. Porro robur adferre conantur sententiae sue ex L. 1. §.
f. & L. 2. ff. vti possid. Ast nullum praesidium in his LL. positum
esse crediderim, quia loquuntur de casu, vbi quis in possessione
defenditur contra tertium, h. e. contra talem, qui neque factum
neque ius allegare potest, cur velit possessionem alteri extorquere.
Nam sicuti semper ita & in hoc edicto Praetor secutus est aquita-
tem naturalem. Iniquum enim erat, alterum nullam ob causam
de possessione deiicere. Nec vero Domino consultum erat, (si
forsan possessor vi, clam, aut precario tenebat rem a vero Domi-
no) de possessione in horas mutabili, nam plures iniusti possessores,
rem deteriore reddit vno. Quilibet enim, quia nescit duratio-
nem possessionis rem tanquam derelictam habebit. Ex his autem
LL. non sequitur, quod habeat possessor Jus in re, sed hoc solum,
eum magis defendendum esse, qui factum possessionis allegare pos-
sit, eo, qui nihil pro coloranda intentione sua adferre posuit, vide
& quae posuimus in §. 13. c. 1. bius diff. Nam si verum Ius in re
haberet, etiam eo vti posset, contra verum Dominum, id quod ta-
men negat. L. 1. §. vte. vti poss.

§. IV. Et in scripta producunt quoque L. 3. §. 13. de A. vel A.
P. Ast haec lex nostram potius firmat opinionem, vti videre est
in §. 14. c. 1. diff. bius nostrar. Nam iusta requiritur causa, ad trans-
ferendum ius in re & ad rem. Quia quid semel meum est; sine
voluntate mea ad alium transire non potest. Ast haec lex probat,
possessionem nulla ex causa posse amitti.

§. V. Alteram occasionem stabiendi suam opinionem inue-
niunt in titulo ff. de A. vel A. P. vbi naturam possessionis explanare
volunt dicuntque: *Facti esse possessionem quoad acquisitionem acquisitam
autem iuris esse, & ius in re*, quanquam mox limitationem effati
generalis addunt plurimum facti tamen etiam in se continere. Ex quibus
verbis, fculneam esse adscriptionem eorum pater.

§. VI. Pro coloranda hac opinione adducunt L. 49. §. 1. L. 44.
pr. de A. vel. A. P. vbi dicitur: *Possessionem non tantum corporis, sed & iuris
esse, & in posteriore, ius possessionis non esse peremptum.* Ex quibus vide-
mus iuris vocabulum simpliciter esse positum, quod non statim ius in re
innuit. Et curaflus paulo inspectis his LL. non inde erui potest,
quod ibi quaerunt. Nam L. 49. §. 1. dicit, quod ille, qui in aliena
potestate sit, rem peculiarem tenere possit, ast vniuersitatem pos-
cidere

siderere non posit, quia talis possessio & corpora & iura comprehendat. Hinc sequitur ex hac lege, quod possessio in ambitu suo etiam iura prensit. Ast quis exinde colligere vellet, quae dissentientes? Nec aliter se res habet in L. 44. pr. Dicit enim lex, eum, qui thesaurum in terram condidisset, locum autem inuenire non posset, ius possessionis propterea non amisisse. Ex hac lege euincitur quidem possessionem esse ius, h. e. facultatem, agendi vel habendi. Ast quis euincere inde vellet, esse possessionem ius in re. vid. §. 8. c. 1. diss. nostrae.

§. VII. Legem quoque 2. §. 38. ne quid in loco publ. adferunt, vbi haec leguntur: *Habere eum dicimus, qui vivit, & iure possessionis fratur.* Vnde iterum equidem video possessionem esse ius, ast ius in re esse non patet. Et ipsos dissentientes vacillantes cognosco, dum, legibus hisce adductis, statim addunt, possessionem etiam adquisitam plurimum facti sub se continere, & eam ob causam allegant L. 19. ex quibus caus. maior. L. 1. §. 15. si is, qui test. liber. Quae LL. fatis superque testantur possessionem ex facto oriri, & hoc factum aliquod ius tribuere, quamquam fatis infirmum, solumque contra eum, qui vel nullum aut interdum nouius factum allegat. vid. §. 3. b. c. Quae omnia sunt contra naturam iuris in re & ad rem vid. c. 1. Diff. huius §. 8.

§. VIII. Allegant & L. 5. §. 1. ad L. Iul. de vi pub. vbi sequentia: *Prius de vi quaeratur, quam de iure Dominii, sive possessionis.* Vnde iterum patet possessionem esse ius, ast ius in re esse non liquet immo disiungitur a specie iuris in re primaria. Quod autem Domini & possessionis mentio fiat, inde factum est, vt Marcianus respondeat ad membra singula quaestiones, initio huius paragraphi, propositae.

§. IX. Expositis magnorum virorum opinionibus ad alios, huius doctrinae acerrimos defensores progredior.

§. X. Proponunt autem praeter Leges iamiam prolatas §. 1. I. de att. ast respondi ad huncce c. 1. Diff. ib. §. 7. Ibi etenim agitur de possessore qui se Dominum dicit, & alter ab eo rem petit, non vero interdicit. Iungunt quidem huic Paragrapho: §. 6. Instit. ib. qui loquitur de actione Pauliana, igitur plane huc non pertinet, quia creditores 1) non interdicunt, sed agunt 2) nec agunt propter possessionem sed propter dolum 3) Creditores non habent

12 CAP. II. DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE

possessionem, sed sunt solum in possessione *vid. L. 3. §. 23. L. 10 §. 1. L. 18.*
de A. vel A. P. 4) Non agunt actione reali, (vti vult Pagenstecher &
Lauterbachius, eaque propter potissimum ad possessionem retulit
ille prior, *vid. L. IV. Apb. 51, iuncto apb. 48.* vbi misere se torquet,
atque cum Lauterbachio verba captat) sed personali. a)

a) Disceptatur inter Doctores Iuris utrum actio Pauliana sit realis an personalis,
mihi placuit opinio *Vinn. in Comm. ad tit. de att. Inst.* personalem hanc actionem
esse probantis. Lubet eius argumenta in compendio quasi adponere.

1) Quidam Glossa plerique interpretes eam referant ad actiones in personam, di-
cantque eam solum in Institutionibus exponi inter medias reales praetoriae
propter similitudinem Rescissoriae, per hanc enim usucatio, per illam tradicio
rescindatur.

2) Theophilum, qui eam in rem vocet, secutum Tribonianum, qui inconsi-
derate eam explicet, ob similitudinem allegatam, inter actiones reales.

3) Creditores non intendant rem suam esse, h. c. vindicent, sed solum, in bo-
nis debitoris mansisse, dicant.

4) Actiones in rem sequuntur eius rei possessorem quemcumque, & si non pos-
siderat, non teneatur *L. 25. de O. & A.* Quod secus in Pauliana; Nam & is
non teneatur, qui possideat, quod in fraudem creditorum alienatum sit, nisi
& fraudis particeps fuerit, aut rem ex lucrativa causa accepit, *L. 6. §. 8. L. 9.*
10. §. 2. L. 15. quae in fraud. cred. L. pen. C. ib. Et is contra teneatur, qui
non possideat, nec dolo delicto possidere, detur enim heredi & in heredes *L. 10. §. 10. b.* quod contra naturam actionum realium, quae rem sequuntur, *L. 2. C. si un. ex plur. hered.*

5) Quia haec actio in factum nominatur *L. 10. ff. L. 14. ff. L. pen. C. b. s.*
quod nomen sit actionum personalium. *L. 25. de O. & A.*

6) Quia & Pauliana & Fauiana ex una eadem causa detur, & Fauiana per-
sonalis sit ob *L. 1. §. 6. si quid in fraud. patr. videatur & Pauliana talis esse.*

7) Quia in *L. 39. §. 4. de Usur. & fruct. recensatur* cum Fauiana inter acti-
onis persona es.

Haec sunt argumenta Vinnii, & paucis exceptis satis firma, vt ego quidem ar-
bitror. Modo & cautelam obseruemus, quam & *Vinn. & Huberus in pral. ad*
Inst. annotar. hanc Paulianam non confundendam esse, cum illa actione, quae
pignoris causa creditoribus conceditur, estque realis, & species quasi Seruianae,
L. 2. C. de Praetor pignor. Ceterum in rem scriptam hanc Paulianam esse actio-
nem contendit Hub prael ad Inst. §. 9. tit. de att. quia quoad fundamentum
sit personalis, & nullo ex iure in re oritur, hoc autem habeat reale, quod etiam
contra tertium, adeoque quilibet possessorem detur. Et hanc esse rationem
Iustiniani, cur eam in numero actionum in rem posuerit, id quod etiam adserit
de Publiciana; ast hostem, quoad hanc assertionem, natus est illi Thomas-
sium, non vero quoad primam, immo expresse ei concedit Paulianam esse actio-
nem in rem scriptam. Ego vero puto nec Paulianam esse in rem scriptam, quia
non rem cuero, sed personam fraudulosam. *L. 6. §. 6. & 7. iuncta L. 10. §. 9.*
ff. quas in fraud. cred.

§. XL



§. XI. Opponunt porro L. 2. §. 22. *Vi bon. rapt.* forsitan propter haec verba: *sive b. f. a me possideatur, sive Vsumfructum in ea habeam, vel quod aliud ius. vt interficit mea, non rapi.* Ex hac lege videre est, sermonem esse de iure, quis autem statim concludere vellet, ergo est de iure in re? Nec officit possessionis socium esse Vsumfructum, qui est seruitus, proptereaque ius in re, ergo ex hac coniunctione colligendum, possessionem esse ius in re. Nam si hoc procederet, etiam depositum esset ius in re, quia & in hoc §. iungitur, ast quis hoc dicet? Immo curatius inspiciendi legem satis patebit, Vlpianum in genere loqui de iure, sive sit in re, sive ad rem, sive possessionis.

§. XII. Allegant etiam L. 1. §. 1. & §. 3. de superficieb. Quod ad §. 1. attinet responso exhibetur in §. 7. c. 1. b. i. b. i. b. Diff. Ad §. 3. b. l. autem seqq. respondeo. Hic paragraphus plane est impertinens, vbi probare volunt interdicta esse actiones reales, quia non loquitur de interdicto, sed de actione utili, vti patet ex pr. b. l. vbi praetor satis superque distinguit actionem de interdicto, iuncta §. 4. unde clarissime patet in §. antecedente I Culum locutum esse de actione utili Rei Vindicationis. Adde si lubet Lauterbacii p. 599. circa fin. Cupiunt tamen ut hōbo i. L. 1. iungatur L. 19. de damno infest. Ex qua lege adparat superficiem esse ius in re, quod nemo negavit, ast de possessione verbum quidem. Iunge, quae diximus, §. 17. c. 1. b. Diff.

§. XIII. Asylum quoque sententiae querunt in §. 4. 1. de Interd. vbi autem inuenient non video, mallem vt verba inferuientia notassent. Forsitan sunt haecce: & quia longe commodius est &c. usque ad verba: *contra peccatum iudicari solet.* Ex quibus verbis non adparet, possessionem esse ius in re, sed id solum patet inde, comoda aliquot possessionem secum ferre, inter quae & hoc existat, vt si quis petat illam rem, cuius possessionem teneo, nullo vel obscuero vel aequali mecum iure subnixus, nihil adquirat, quia inhumanius sit, aliquem deiicere de possessione, vt alter qui nihil probauit, eam adquirat. Patescit igitur solum ex hoc §. possessionem tali in casu sufficiam esse ab aequitate naturali, iunge, si placet, quæ diximus in §. 3. b. Diff. c. 2. Ceterum omnia prolata adPLICANDA etiam sunt ad L. 2. C. de probat. L. 126. l. 128. de R. 1. allegatam a dissentientibus. Notandum adhuc est, talem possessorem propterea

¶ CAP. II. DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE

non contra omnes petentes securum esse, ac firmum ius habere, sed solum contra tales petentem, qui defecit in probatione. In L. 145. de R. I. vim quandam quaerunt quoque aduersarii qualem autem, non video, nisi ut numerus allegatorum praeter necessitatem adageatur, aut lex ista per ambages huc trahatur, quae tandem in fine nihil probet.

§. XIV. Maioris momenti videtur esse §. 30. I. de R. D. quem & clypei loco obiciunt, re tamen caute penitata euaneat Panicus terror. Quaeritur etenim an possessio sit ius in re, hoc est tale ius, quod rem, vbiunque inueniat, persequatur. Hoc adfirmat Pagenstecherus, & adducit hunc §. de quo quaerimus. Ast infelicibus auspiciis, vt mox adparebit. Paragraphus loquitur de casu, vbi quis ex sua materia in alienum solum aedificium extruxit, hinc quaeritur, habeatne actionem ad hanc materiam vindicandam? Et negatur. Porro igitur quaeritur, an materiae impensarumque aestimationem recipere posset aliquo remedio? Et respondetur limitando, si scil. possideat. Et ex hac possessione non datur ei actio, sed exceptio, & quidem ex aequitate naturali, quia alter petens, impensaque restituens denegans locupletior vult fieri cum alterius damno. L. 14. de Cond. indeb. L. 1. de dol. mal. exc. Actio propterea denegatur, quia deficit causa & fundamentum in quo actio radicatur. Nec sufficit aequitas naturalis, quae hic adeat, quia nullo iure ciuili aut praetorio adiuuatur. L. I. C. de LL. Quod autem exceptionem accipiat, per possessionem s. potius retentionem, fit ob L. 48. de R. V. L. 14. de dol. mal. exc. Quia, actione instituta ab altero, quod hoc casu facere necesse habet aduersarius ob §. 1. I. de vi bon. rapt. facilius alicui conceditur exceptio, eique succurririt officio iudicis, quam vt inducatur noua actio, quae nullo fundamento ciuili subnixa. add. Commentatores ad Inst. b. l. imprimis Vinn. & Huberi prael. Varie igitur in hoc allegato errant aduersarii, 1) quia allegant §. qui loquitur de possessione naturali in significatu latiore, h. e. de sola detentione, cum sermo sit de possessione, quae animo sibi habendi iuncta. 2) Volumus possessionem quae producit actionem, & ex mente aduersariorum, realem, ast illi allegant possessionem, quae solum producit exceptionem. 3) Ex hac possessione non rem persequor, sed eius aestimationem. 4) Aestimationem acci-

accipio non quia ius in re habeo; sed propter naturalem aequitatem conceditur mihi exceptio dolii mali; nam si haberem ius in re, haberem etiam actionem in rem radicatam.

§. XV. Quod ad §. 4. l. de ast. attinet quem & pro se allegant, nihil solatii in eo reperio; Loquitur etenim de actione Publiciana, quam ex dorminio oriri statuit Pagenstech. L. 4. Apb. 48. quanquam potius sit quasi dominium, secundum Lauterbach. & Ill. Thomas. in Schol. ad Hub. prael. ad I. b. l. Igitur non datur ex iure possessio- nis, immo qui Publiciana experitur, possessione deiectus est, & in libello non allegat possessionem, sed titulum ad transferendum dominiū habilem, vti patet ex initio b. §. vid. Hammelius de actione. c. 8. n. 20. p. m. 108. & 115.

§. XVI. Tandem ultimato adducunt pr. I. de Vsc. quod lo- quitur de Vscapione, cuius quidem requisitum est possessio, ast non vnicum, sed iustus titulus aliaque accedere debent. Igitur vbi de possessione sola, seposito omni alio iure loquimur, nescio, quid sibi velint hoc allegato. Neque enim Vscapio neque aliis modus acquirendi dominium, est ius in re, sed producit id solum, differt itaque ut causa efficiens ab effectu, & possessio continuata per tempus, accedit ad vscapionem tanquam forma.

§. XVII. Turmas eorum nunc adgreditur, qui possessionem ius ad rem esse defendant, eorumque argumenta, quantum potue- ro ob virium imbecillitatem, infringam. Propugnaculi instar op- ponunt L. 1. §. 3. ff. de Interdiſt. Ex qua tamen lege non patet ictum loqui de Actore, de quo omnino fieri esse deberet, si de actione personali vel reali quæſtio esset, sed id solum, sermonem esse de Praetore ius dicente, non condente. Olim etenim erant interdiſta verborum conceptiones quibus Praetor aliquid iubebat, aut fieri prohibebat vid. pr. I. de Interd. iunge quoque quae posuimus in Diff. c. 1. §. II. not. 4.

§. XVIII. Obiiciunt quoque L. 7. ff. de vi & vi arm. Ex qua lege satis quidem adparet, possessionem non esse ius in re, ast ius ad rem esse non statim sequitur. Nostra potius opinio firmatur; interdicta de facto sollicita esse, factum autem sine persona non potest intelligi vid. Diff. c. 1. §. 9. Aliter explicant hanc legem Dd. pu- tantes possessionem esse ius in re, proptereaque in hac lege exce- ptio-

16 CAP. II. DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE

ptionem esse adserunt, rationemque exceptionis petunt ex L. 1. §. 43. b. i. Ast ego nullam video, quia omnia a) Interdicto personam sequuntur, factum circa possessionem perpetrantem. Quod ad L. 1. §. 42. b. attinet, volunt eius explicationem petere ex L. 131. de R. I. Mea ex mente facilius explicatur vti lex 7 prolat*a.*

a) Nec obstat L. 1. §. 1. ff. de Saluiano Interd. quam & opponit Lauterbachius vetiorem sententiam defendens. Nam & hic, contra possessionis turbatorem datur, nullibi autem legitur, quod detur contra eum, qui rem habeat, ast non ipse turbauerit alterius possessionem, sed a possessionis turbatore accepit.

§. XIX. Afferunt etiam pro opinione contraria L. 3. pr. de vi & de vi armat. Ast lex ista loquitur de actione in factum, minime autem de interdicto vnde vi, id quod probatur ex L. 1. §. vlt. b. Nec mihi obstat L. 1. C. de precar. quae etiam obiicitur, de qua solliciti sunt Doctores possessionem, ius in re esse, clamantes, varieque eam torquentes. Specimen eiusmodi explicationis vid. apud Pagenf. Aph. 110. L. 4. p. 500. Ex mea mente facilius longe exponitur ex §. praece.

§. XX. Grauisime adhuc obstare videtur L. 38. §. 5. & n. ff. de Vsur. & fruct. ob verba principii: *quae est in personam.* Curatus tamen inspecta lege videmus Paulum loqui velle de actionibus generalibus, quae sunt in personam, vti patet ex pr. b. iuncta L. 37. b. Interdictum quidem vnde vi etiam adparet in hocce catalogo, non tamen ac si esset actio personalis & quidem generalis, sed occasione verbi: *restitutas.* Quam connexionem, cur hocce Interdictum enarretur, ipse Paulus nobis exhibet, dum sequentia proponit in §. 4. *Nam & verbum restitutas, quod in hac re Praetor dixit, plenam habet significationem, vt fructus quoque restituantur.* Nunc ita sequentia necit §phum 5. Et ideo cum restitui praetor vult, veluti in interdicto vnde vi, etiam fructus sunt restituendi. Et ex hoc nexus sequentia omnia fluxerunt etiam §. 11. ibi: *restituantur.* Ideo igitur recenset Interdicta, quia & in his praetor aliquid restituit, hinc plenaria restitutio sit intelligenda, non autem mens est Pauli, interdicta tanquam actiones personales referendi.

§. XXI. Possem nunc dissertationi meae finem addere, quia ea, quae volui, pro virili deduxi. Ne autem scrupulus cuidam haereat ob verba Imperatoris in pr. Inst. de Interd. sequitur, inquit Instinius, *vt dispiciamus de interdictis s. ACTIONIBVS. QVAE PRO HIS EX-*

EXERCENTVR, nec non ob *s. f. b. t.* credatque, ea quae proposuimus, de interdictis in foris Romanorum frequentatis, vera esse, minime autem de hodiernis, quia sint actiones, vti diserte ait Tribonianus *I.c.* Quare vt omne eximatur dubium, rem, ut aiunt, ab uno repetam, iudiciorumque antiquiorum, quantum necesse, ordinem exponam ad huncce vsque terminum, de quo quaeritur.

§. XXII. Antiquis temporibus omnes lites vel in *Iure* terminabantur vel in *Judicio*. Ius vocabatur non solum locus amplissimus & spectabilis, Tribunal, in quo Praetor *a)* sella curuli sedens, posita hasta, causas cognoscebat, sed omnis, vbiunque Praetor, salua manifeste Imperii sui folvoque more majorum, ius dicere constituebat, vti Paulus loquitur *L. ii ff. de I. & I.* Et si in alio loco, quam pro Tribunal ius dabat, de *plano* cognoscere dicebatur, *L. 9. §. 3. ff. de off. Procons. L. 6. ff. de accus. §. 2. I. de libertin.* Iudicium est forum iudicis pedanei *b)* qui solum de facto cognoscebat, & sic iudicabat, an formula a Praetore data, ad hocce factum adPLICARI posset nec ne, ut & an factum ita se habeat, vti proposuerat actor.

a) Praetor in iure nostro *Magistratus nomine venit*, *L. 2. §. 10. ff. de O. I.* quamquam hocce nomen in laxiori significatu, omnes comprehendit, sive iurisdictiōnem suę Imperium habent, sive sint maiores sive minores sive sint ordinarii sive extraordinarii *L. 2. §. 13. 14. seqq. de O. I. Gell. Not. Att. XIII. 12.* Praetoris quoque nomen commune fuit magistratibus. Dicitur enim dicitur Praetor maximus *Liu. 7. 3.* donec peculiaris magistratus electus est, cui hoc nomen adhaecit, quod factum est *A. V. 389. Liu. 6. vlt. VII. 1.* potissimum ex his causis. Olim soli Patricii magistratus gerebant, quod varie tamen immutabatur, & paulo antequam Praetor crearetur, etiam dignitas consulatus, cum plebe communibatur, quod quidem aegre cerebant Patricii, & solatii loco Praetorianum dignitatem affectabant. Et vt ius dicerent absentibus consulibus bellitestate. *Perpetram* igitur *Heineccius in Syntagm. Ant. R. L. 2. t. 2. §. 18.* erroris accusat Pomponium, qui, absentiam consulum, Praetorum originem esse, adfirmat *L. 2. §. 27. ff. de O. I.* Nam ynius rei plures esse possunt causae. Fortisan recenset *Itius* causam Patriciorum iustificare suadendi electionem Praetoris, Liuui vero suaforam, quo scilicet infringi posset facilius consulum, & summa ad Patricios rediret.

b) Index vocabatur in stricti iuris iudiciis pedaneus, in b. f. & arbitrariis, arbitri, *§. 30. I. de att. &c in actionibus de iniuriis, Recuperator, Gell. XX. 1. Praetores postea hanc (scil. legem de iniuriis impendio minus mollem) absolvere, & relinquere censuerunt, iniuriisque aestimandis Recepitatores se datus edixerunt. Cic. de Inu. Rhet. II. p. 60. edit. Basili. 4. Scruelius.* Cum ad vim faciendam quidam armati venissent, armati contra praefecto fuerint, & cuidam equiti Romano guidato ex armatis resistessent, gladio manum practidit. Agit is cui manus praec-

18 CAP. II. DEMONSTRAT POSSESSIONEM NON ESSE

cisa est iniuriarum, postulat is qui cum agitur, a Praetore exceptionem: Extra quam in reum capitis praeiudicium fiat. Hic is, qui agit, iudicium purum postulat, ille qui cum agitur, exceptionem addi, ait, oportere. Quæstio est, excipendum sit, annon, Ratio non enim oportet in recuperatorio iudicio, eius maleficii, de quo inter scarios quaeritur, praeiudicium fieri. Recuperatores tamen etiam vocabantur, viginti Cives Romani qui in Consilium in prouincia adhibebantur. Vlp. frigam. L. 13. Interdum etiam Recuperatorum nomen latius patebat. Liu. XXVI. 48.

§. XXIII. Forum igitur Praetoris s. Magistratus erat ius, appellatione collata, vti dixit Paulus L. 11. ff. de I. & I. ab eo quod fit, in eo, vbi fit. Praetores etenim solum de iure quaerebant, iudices de facto. Quando igitur ordinario modo procedebatur, siebat in ius vocatio, in iure edebat actor actionem, & petebant partes iudicem, & hactenus Praetor munere suo defunctus erat, si dederat formulam, & partes ad iudicem ablegauerat. Si in iudicium venerant, iudex de facto cognoscebat, & si factum ad liquidum erat deductum, sententiam ferebat. Ad ordinarium processum & Praetor et iudex requirebatur. Quando autem solum Praetor, nullo dato iudice cognoscebat, quod siebat potissimum, si de solo iure quæstio erat, vocabatur extra ordinem ius dicere, & actio instituta, persecutio extraordinaria. L. 178. §. 2. de V. S.

§. XXIV. Ex his dictis liquet quid velit Iustinianus §. vlt. I. de interd. cum dixerat, hodie omnia iudicia esse extraordinaria. Nam tempore Iustiniani iudicium usus exspirauerat, solisque magistratis iudicare iniunctum erat, vti patet ex L. 2. C. de ped. iud. Cum autem tale iudicium extraordinarium diceretur, vbi soli Praetores iudicabant, igitur explosis iudicibus, necessum erat, omnia iudicia, extraordinaria posse vocari.

§. XXV. Maioris momenti sunt verba Imperatoris §. vlt. b. vbi dicit: Perinde iudicatur sine interdictis, ac si vtilis actio ex causa interdicti redita fuisset. Rationem dum dare vult huius effati Heinecius ad b. l. dicit, in Extraordinariis iudicis locum non habuisse interdicta. Quae ratio etiam est L. 3. C. de interd. Ait si porro quaeritur, cur non habuerit locum, nullam rationem suppeditat. Igitur ex proprio penu eam addere laborabo. Maximam partem formularum cecidisse, iudicibus sublati, id que certo certius est de formulis secundum quas sententias ferebant. At de conceptionibus Interdictorum non ita. Si res tamen altius repetitur, cadet scrupulus. Actorem a praetore actionem postulasse eam-

que

que edidisse reo, constat. Inter varia editionis genera & hoc erat, vt rem duceret ad album formularum, & monstrata, qua vñus esset, actione, eiusdem formulam certam recitaret; his peractis, postulabant a Praetore iudicem, eisque cum certa formula, quae actionis intentioni, reique exceptioni respondebat, dabatur. Sublatis igitur iudicibus, formularum omnium genera etiam sublata sunt, idque ad interdicta applicari posse, credo. Nam si is, cum quo agebatur, negabat recte interdictum a se petitum, utilis actio dabatur ex interdicto, n.e. actor producebat eum, ad album formularum, & quo interdicto vti vellet, monstrabat, deinde & formulam dabat praetor iudici. Hoc autem cessante, cessant etiam interdictorum conceptiones. Non autem credo, quod exspirante iudicium officio, etiam defierint interdictorum formulae, quibus Praetor aliquid prohibebat, sed solum eae quas dabant praetores ad instruendos iudices. Hinc & hodie habemus interdicta, quanquam formulis non vestita, scilicet mandata cum & sine clausula. Platum nunc est & interdicta hodienum diuersa esse a reliquis actionibus, differunt enim sequentibus. Actiones oriuntur vel ex iure ciuili vel Praetorio, interdicta ex solo iure Praetorio. Actiones de priuatis, interdicta etiam de publicis causis dantur. Interdicta procreat factum possessionis, actiones, ius in re vel obligatio §. 8. c. 1. diff. obiectum actionum vel est res vel persona, interdictorum, est factum §. 9. Nomina actionum & interdictorum sunt diuersa §. 10. Ordo & effectus processus discrepat. §. 11. in sententia de actione lata grauatus, possum adpellare, secus in interdictis. §. 12.

§. XXVI. Hi sunt quos de possessione atque inde promanantibus interdictis, conceptus foueo. Alt quia multa non nimis trita de illa teneo, eos rogo, qui hactenus me lolliginis succo, & atro sale confpergere adlaborarunt, omnia mea scripta ex innouandi studio promanare causantes, vt Theoninum dentem cohibeant; Alias, quia nil nisi auctoritatem crepant, & me ex auctoritate respondere posse, defensoremque assumere, scient. Illustrum puto Thomasium, decus non solum Halensem, sed Germanorum, qui his respondit, eos propterea proscindentibus, qui non maiorum placita adorant. in Phil. Aul. c. 1. §. 94. p. 44.

Nam maiores nostri homines fuerunt, vti & ego, hinc B. L. errores condonabit, & emendabit.

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

DISTINCTIONE IVRIS SCRIPTI ET NON
SCRIPTI ANTIQUITATI RESTITUTA

IENÆ HABITA D. XX. OCT. 1725.

RESP. LVDOVICO FRIDERICO COBERO, ALTENBURGENSI.

§. I.

Multi dum amoenissima Iustiniani arua permeant, in id
enituntur, vt errores, quos vel Triboniano, vel Iustini-
ano ipfi iniungunt, colligant, atque plus quam Theodo-
nino dente facrassimum Imperatorem perstringant.
Horum inanis fucus tam altas statim radices in men-
tibus iuuentutis agit, quae vix longo labore erui possint. Ita enim
se habet natura per lapsum corrupta, vt laudes aliorum deprimat,
vitia contra, vndique accersere soleat. Ast si quis accuratori ob-
tutu, quae Iustitiae nostrae Principi obtruduntur, intueri volet, nec
in antiquitatibus, aut philosophia Jutorum propria a) caecutiret,
statim vanitates, ampullas loquentium, animaduerteret. Hinc per-
motus & ego cathedram ascendit, ut maculam, quae vulgo in sacra-
tissimo Imperatore confite monstratur, abstergam, atque ostendam,
eum, qui summis vigiliis, summaque prouidentia, Deo annuente,
iurisprudentiae viam perfect, non caecum somnium narrasse, sed
omnia antiquitatibus aut philosophia mox laudata incrustasse b)

a) Veteres Jtri nostri stoicani in primis adorarunt philosophiam, quanquam & non nulli Epicurei existiterunt. Num vero C. Trebatius Testa Epicureus fuerit, vti Heinec. Syntagma. Ant. Rom. ad L. 1. I. T. 1. §. 2. vult, addubito. Ex Epistola enim 11. Lib. VII. Cic. ad fam. satis clare patet Ciceronem in biuio haecesse,
vitrum purum Epicureum eum nominet, an eclecticum. Ex hisce igitur & eorum
error patet, quem iam diu deplorauit Ill. Thomas. in Diff. prooem. ad Sigan. de
antiquo iure pop. Rom. §. 8. qui Iustiniani placita & veterum Jtorum, distinctio-
nibus aut aliis philosophiae subliuis, ex Aristotele quidem petitis, enodare ad-
laborant; quasi vestis, diversis personis, disparis longitudinis, adaptata, aequaliter
omnes ornet, & quasi sartor inculpandus, si cum non capiat adaequate, qui istam
a mangone comparauit.

b) Non nego, Imperatorem multa aliter in π, adposuisse, ac inueniuntur in fonti-
bus

bus unde transsumta. At tamen non statim erroris accusandus est. Omnia enim sua fecit, & solum memoriae causa antiquorum nomina adiecit. Longe igitur a vero aberrant, qui ex his fragmentis, antiquitate atrosis, dictis Imperatoris lucem adfundere conantur. Ex ipso igitur contextu aut saltim parallelismo, secundum LL. bonae interpretationis nostri iuri libri sunt declarandi, vid. de Concept. ff. ad Tribon. Praefationem §. 6. & 7.

§. II. Distinctionem proponit; Jurisprudentiae omnis unicus collector; a) Justinianus §. 3. J. de I. N. G. & C. Confat ius, inquit, nostrum, quo utimur aut scripto aut sine scripto. Deinde exponit seqq. §§. sigillatim iuris scripti species, posthaec transgreditur ad ius non scriptum, tandem & rationem huius distinctionis addit in §. 10. b.t. dicens: *Non ineleganter in duas species ius civile distributum esse videtur.* Nam Lacedaemonii magis ea, quae pro LL. obseruabant, memoriae mandabant, Athenienses vero ea scriptis adseruabant. b)

a) Multi ante Justinianum tentarunt Juris collectionem, ast vel particularem perfeceerunt, vel vana consilia agitarunt, vti Cicero & Jul. Caesar, A. Gell, Not. Att. L. 22. Suet. Iul. Cas. 44.

b) Nam iuris nostri prudentia originem debet antiquae Musarum sedi, Graeciae, inde & distinctio haecce graecis adscribitur. Hoc tamen controversum, num etiam Lycurgi LL. adsumferint. Hunc scrupulum tollit noster §. 10. I. de I. N. G. & C. adde Struv. Hist. Iur. p. 23. not. 5.

§. III. Et haec explicatio communem offenditionem praebuit omnibus, omniumque cauillationibus exposita fuit, & tanquam absurdissima Philosophia reiecta. Et dum Noster hanc diuisiōnem tanquam elegantem Iuris graeciae partum laudat in §. 10. c. perstringit eum Vinnius in Com. ad b. l. dicitque: *non admodum eleganter ius ita esse diuisum, subinxus auctoritate Hottomanni atque Bachouii.*

§. IV. Quare operose tempus inutilibus rebus non perdam si notiones huius distinctionis curatius euoluam & Doctorum opinionem tritam, & nostram iamiam explanandam minus paulo inspiciam mihi sumam, quia opposita iuxta se posita clarius elucescunt. Vulgus Doctorum Ius scriptum vocat, sanctionem expressam Legislatoris, quae declarat enixam superioris voluntatem, siue sit in scripturam redacta, siue voce praeconis promulgata. Lex vero non scripta est, quae essentiam suam & formam habet a tacita voluntate & consentiuventis populi. vid. Finn. in Com. ad I. §. 3. Hub. Prael. I. §. 7. b. t.

§. V. Si quaeris, cur ita explicare soleant hanc distinctionem Dd. et cur tam alieno in sensu tantum vocabulo iuris scripti

pti & non scripti. Responso peti potest ex §. 9. b. t. & L. 31. ff. de LL. vbi solum mentio fit consuetudinis, speciei legis non scriptae. Hinc concludunt hoc vnicum esse ius non scriptum, quod vñsus comprobauit, ast vide quae posuimus infra §. 19. & 20.

§. VI. Cautius longe illis sunt, qui ius scriptum vocant, quod redactum in scripturam, non scriptum autem quod quidem a superiori latum, ast in scripturam non redactum, aut per consuetudinem introductum. Quanquam haec opinio verior est priori, non tamen nobis definitiones exhibet adaequatas, vt omnes antiquitates & leges eo respicientes explicit. Quare curatus nobis in has definitiones inquirendum est, & inter tempora Reipublicae liberae, quo etiam pertinent tempora, quibus speciem pristinæ libertatis sub imperatoribus retinuit, & tempora nouiora, distinguendum. Antiquissimis temporibus vocabatur *ius scriptum*, quod 1) *solenniter latum* 2) *publico consensu* a) 3) *aeri inscriptum*, b) 4) *aque in aerarium translatum*. c) Nouioribus autem acuis est *Lex consensu aut iussu Imperatoris inscriptis perlata*.

a) Consensus hic publicus, vocari posset etiam populi; Nam quanquam non omnini populus ad omnia iura condenda adhibebatur, tamen consensus absentis partis vel expressus vel tacitus saltim requirebatur, vt legis vigorem haberet, quod perfecterant reliqui; exemplo rem declarabimus. SCta conficiebat Senatus, ast ratia non erant nisi Tribunis etiam placuerint, Plebiscita conficiebat plebs, plerunque tamen patricii dissuadebant.

b) Mos erat, ea omnia stilo aeri mandare, quae ad posteros transferre volebant Romani. Igitur & multa alia aeti insculpta legimus, quae leges non sunt. c. g. acclamations, orationes principum, foedera &c. Plin. Panegyr. c. 75. & Ep. 6. Lib. 8.

c) Duplex potissimum significatus aerarii occurrit, vel significat locum, vbi pecunia publica, moneta, publica, LL. & alia scripta ad Rempubl. pertinentia, & signa militaria adseruantur, qui significatus hic nofer est, vel significat pecuniam aeriam publicam, quae ex aerario depromitur, cuius proprietas est populi vt & fructus, quippe qui solum ad vsus & salutem publicam conuertuntur, summusque Imperans habet solam administrationem, & distinguetur a Fisco, cuius aquae proprietas apud populum est, fructus tamen sunt principis ad proprios vsus. Vtrumque distinguitur a ratione Caesaris, quae est privatum principis patrimonium, cuius & Proprietas & vsus est principis. L. 6. §. vlt. ff. de iure Fisci.

§. VII. Ut autem adserti huius ratio, luce sua radiat, singulas lustrabimus iuri scripti species, quas Imperator nobis exhibit & singula requisita singulis in speciebus adnotabimus. Primum occupat locum lex strictissime dicta, in latiori enim sensu omne ius legis nomine veniebat. I. Solennitates circa hanc legem ferendam sequentes erant.

erant. Lex primum domi a superioribus magistratibus erat scribenda, adhibitis viris prudentibus, qui, vtrum e re publica esset, moribusque maiorum conueniret, expendebant, Deinde coiuunicabatur cum senatu, huius enim sine auctoritate cum populo agere nefas erat *Liu. 10. 17.* Postea promulgabatur lex, dum publice per trinundinum proponebatur. His peractis ferebatur in comitiis centuriatis ad quae confluxerat populus in campum Martium, vbi auditis sermonibus eorum quilegem vel suadebant, vel dissuadebant siebat sortitio centuriarum, vt sciant, qui ordo in suffragiis ferendis obseruandus esset inter centurias. Interim poterant ii quorum intererat legi intercedere, quod siebat per solenne illud VETO Tribunorum. Immo & hoc faciebant augures & magistratus, quorum erat de coelo seruare, si quidquam aduersi viñum auditumque obnunciarent. Si horum nihil nunciabatur siebat rogatio, & hanc sequebantur II. suffragia. His peractis siebat diremto, vbi tabulae suffragatorum numerabantur. Si igitur plures sententiae legem probassent, vocabatur *scita vel perlata.* Et ita perlata lex solempter, iurecurando confirmabatur, III. deinde aeri incisa IV. in aerarium deferebatur, vti pluribus edocet *Heineccius* synt. *Antiq. Rom. L. 1. tit. 2.*

VIII. Secunda in elementis primis ab Imperatore nostro enarratur species plebiscitum; quea, quia eodem quo LL. condeabantur ritu, secundum differentias solum sunt enodanda. Lex igitur ab integro populo, plebiscita a plebe tantum a) conficiebantur, Lex a superiore magistratu, plebiscitum a tribuno plebis rogabatur. Leges in campo martio solum, plebiscita etiam alibi perferri poterant. *A. Gell. Noct. Att. XV. 27.* Leges in centuriatis comitiis, plebiscita in tributis condeabantur. LL. plerumque tribuni, plebiscita contra patricii dissuadebant, & si plebiscitum erat confessum, non solum plebem sed & omnem populum romanum obligabat, teste *Liu. III. 55.* Tandem aeri mandabatur, atque in aerarium reponebatur. *Tac. Ann. XI. 14. 4. Hisp. IV. 40. 3. Cic. orat. 3. in L. Catil. c. 8. p. 251. edit. ad mod. Minell. iuncto Gell. Noct. Att. X. 20.*

a) Populus & plebs ita differunt. Sub populi nomine patricii, Senatores & plebs comprehenduntur. Plebis autem sub nomine non comprehenduntur patricii & Senatores. Quæritur, num fortior senatoris sub plebe comprehenduntur, qui e plebe sunt electi? Negat hoc rectissime *Iustinianus* *§. 4. de I. N. G. & C. Rationem huius adferti suppeditat* *Gell. Noct. Att. XV. 27,* addic si lubet *Sig. L. 2. de Iur. Civ. Rom.*

SCta

§. IX. Tertiam iuris speciem exhibent SCta, vbi distinguenda sunt SCta in Republ. libera facta & sub Imperatoribus. Quae quidem quoad effectum sunt distinctissima, quoad condendi ritum autem, & modum parum differunt. Illa enim vim LL. non habebant, quia penes Senatum potestas Legislatoria non erat, sed de quibusdam solum negotiis, quae populi iussu, ad curam suam reuocauerat Senatus, condeban-
tid. Heincc. Antiqu. L. 1. Tit. 2. §. 46. Haec autem de omnibus rebus, de quibus LL. condebanturn, fiebant vimque LL. habebant. Solen-
nitates circa condenda, erant frequentes. Fiebant in sacro auspiciisque dicato loco, quo conueniebat satis temporibus senatus, & si frequens adesset, fiebat relatio. Nouioribus temporibus praemitterebatur a principe oratio, a) vbi sententiam suam exponebat, in quam Senatores plerumque pedibus ibant, imo saepenumero adsentiebantur. Finita re-
latione sententiam Senatores rogabantur. II. Sententiam singuli stantes dicebant, dictas sententias vel pronunciabat vel supprimebat consul. Tandem III. SCtum solenniter scribebatur, ita ut primo dies, deinde locus vbi senatus habitus, tunc qui scribendo adfuerint, postea quis ad senatum retulerit & denique quid senatui placuerit, referretur, *vid. Cic. ad Fam. VIII. 8. edit. Juncker.* Nec ita SCtum valebat nisi & Tribunis placuisse. Postremo IV. SCtum in aedem Cereris vel in aerarium deferebatur. *Suet. Aug. 94. Tac. Ann. III. 51. 3. XII. 53. 4.* Nam antiquis temporibus in aedem Cereris reponebant LL. ast nouioribus, in aedem Saturni, vbi aerarium erat.

a) Quae aeri demandabatur *Plin. Paneg. c. 7. insigne adulationis specimen vide, de hac re apud Tac. Ann. III. 51. 3.*

§. X. Vidimus nunc iuris scripti species antiquiores quas re-
censet Imperator, a) transeamus nunc ad sequiora tempora, & quid iuris scripti in his fuerit lustrabimus. Hisce autem temporibus so-
lennitates seu ambages istae necessariae non erant, quia vnius vo-
luntas erat respicienda, secus ac in Republ. libera, vbi voluntas sena-
tus ac populi, quae ex conspirantibus maioris partis sententiis re-
sultabat, cognosci debebat. Hinc praeter 1) scripturam, quamquam non solennem istam aeris incisionem, necesse erat 2) voluntas Imperatoris declarata. *L. 1. ff. de Conf. Princ. §. 3. I. de Iur. N. G. & C. §. 10. ib.* In hoc elenco primas partes capiunt Constitutiones prin-
cipum, ab eo scil. tempore, quo desinere cepit usus SCtorum. b) An-
tea

SCRIPTI ANTIQUITATI RESTITVTA.

25

tea enim voluntatem suam exponebat Imperator per SCta faciem pristinae libertatis repraesentantia. vid. §. *praece.*

a) Alias adhuc LL. scriptarum species prostant, quas siccō praeterit pēcā Iustinianus, exemplo sint LL. XII. Taub. Liu. III 57.

b) quibus adseuerunt Romani paullatim seruituti. Interim antiquiores Hadrianis, (nam ab his Codex Gregorianus orditū,) nullas habemus Constitutiones. V. sum demum SCtorum sub M. Antonio cum Orficiano desissē, vulgaris est opinio. Ceterum non prorsus negare velim, quod, imprimis prioribus, temporibus constitutiones principum aeti fuerint mandatae.

§. XI. Deducit nos Imperator ad Edicta praetorum, vbi quaeritur, cur Noster edicta constitutionibus postposuerit, cum tamen praetorum edicta floruerint diu ante, quam Imperatores clauum Reipubl. gubernauerint? Ad hanc obiectionem sequentibus respondeo. Sacratissimus Imperator pertractat in hoc titulo iura scripta, igitur & edicta eo loco proponat, necessum est, quo iuris scripti vigorem accepunt. Nam certo est certius, Praetorem, officium secundum ius dicendi non nouas leges condendi, habuisse. vid. *Sigon. de iudic. L. 1. c. 7. p. m. 422. edit. Hall.* Quare & iurare debebat in LL. initio magistratus. Ast quia multa iniqua inueniebat in LL. antiquis, clam eas mutabat, variisque artibus vtebatur, ne periurus a populo habeatur aut conatus obseruantur. Hinc noua effingebat nomina a) vtebatur fictionibus b) dabat exceptions, restitutiones in integrum, quae omnia quanquam re ipsa nouae LL. erant, legum tamen nomine, imprimis scriptarum non veniebant, & illis ipsis abutebantur saepe quae in edicto proposuerant.

a) pro hereditate dicebat: *bonorum possessionem*, quae tamen non confundenda cum possessione bonorum.

b) Fingebat rem vsuaptam quae vsuacta non esset & contra, vt in Publiciana & Rescissoria actione.

c) Testis est locuples omnique exceptione maior Dio Cassius p. 19. edit. Leunclav. vbi sequentia: *Praetores solebant iura ea*, secundum quae erant iudicaturi, scripta edere. Neque enim praetores id ius, quod ad contractus dirigendos possum erat obseruabant: neque id unquam fecerant, ἐτε τὰ γραφίντα ἔτηγεν) neque scripto iuri steterant, sed saepenumero ea variaverant, cibroque per gratiam & odium certorum hominum, veluti fieri adsolet, multa gerebantur. Igitur rogationem tulit (Cornelius tribunus plebis) Ετε διατιμα a principio praetores praedicerent, quo iure essent iuri & deinde nequaquam ab eo desitterent. Vnde & adparer, quod edicta praetorum scripta dicantur. Interim ius scriptum non sunt, quia deficient requisita a nobis praeter scripturam desiderata supra §. 6.

§. XII. Posteaquam Legislatoriam potestatem sibi vindicabant

D

26 DE DISTINCTIONE IURIS SCRIPTI ET NON

bant Imperatores, & videbant in edictis Praetorum multum aequitatis inesse, atque multa ad ductum rationis tanquam absurdia elimina atque dura emollita, vim iuris scripti addebat his edictis, quod imprimis factum esse legitimus Hadriani tempore, qui edicta Praetorum in unum collegit codicem, quod perpetuum vocabatur. *Heinecc. Ant. Prooem. p. 15. edit. prior.* Igitur iuris scripti robur non accepit a Praetoris scriptura *vid. not. praec. c.* sed quia ad hanc accessit voluntas Imperatorum. Et quod de Edictis Praetorum dictum est, id etiam adipicari potest ad dicta Aedilium, quae & ipsius iuris honorarii portio sunt, teste Imperatore *s. 7. de I. N. G. & C.*

§. XIII. Tandem & ad ultimam iuris scripti speciem ordinos deduxit, Responsa scilicet prudentum. Quanquam igitur JCTi a primis quasi Reipubl. Romanac incunabulis floruerint, atque de iure quaerentibus responderint, *Heinecc. Ant. p. 63.* attamen eorum Responsa nullum iuris scripti vigorem habuerunt, ^{a)} donec Augustus Imperator, eiusque successores, excepto Caligula, de iure respondendi facultatem nonnullis JCTis concederunt, adeo ut ab eorum responsis defletere indices haud poterant. Omne autem iuris scripti robur, atque legislatoriam vim addidit Theodosius iunior & posthaec Justinianus. Qui ultimus hinc inde ex eorum responsis optima decerpit, atque suo sub nomine tanquam ius scriptum edidit, JCTis autem hanc Legislatoriam potestatem ademit, ne controuersiae de nouo oriuntur *s. 2. Conf. de Concept. D.* Igitur responsa prudentum vim suam habent a permissione & constitutio- ne Imperatorem, vti dicit *s. s. 1. de I. N. G. & C.*

^{a)} Nam iuris non scripti & consuetudinis vigorem interdum etiam habuerunt ante dictos Imperatores.

§. XIV. Exposuimus in antecedentibus, species iuris scripti, ad ius non scriptum vt transeamus, tempus postulat. Vnicam enarrat ex pluribus Imperator, scil. consuetudinem, *vide infra* §. 19. Imperatoris rationes. Jam solliciti sumus de definitione iuris non scripti, quod in genere nihil est aliud quam *ius cui deest vel scriptum, vel consensus expressus Legislatoris, vel virumque.*

§. XV. Huius generis sunt dicta Praetorum, antiqua ista, ante proposita, ^{a)} quam ab Imperatoribus vim LL. acceperunt. *s. 11. & 12.* Aderat quidem scriptura, ast aberant solennitates, aberat consensus S. P. Q. R. vt vim iuris scripti habeant.

^{a)} Pro-

- a) Proponebat praeter edicta in Albo, quaceratur igitur quid sit album? Alii tabulam gypsatam intelligunt, Alii, ut Theophilus, tabulam albis litteris notatam. Alii album parietem, ut Heineccius, cum Accursio laudant, subixi quibusdam versiculis ex Plaut. Pers. I. 2. §. 21. At variantes lectiones testimonium satis insirmum reddant. Nam plurimi pro albo pariete; legunt albo rete (retis autem sub nomine etiam captiosae Stoicorum argumentationes latitabant Menag. obseru. ad Laert. L. VII. segm. 13.) alii ariete, de qua se videri potest Taubmannus in eruditissimis notis ad hunc locum. Ex mea sententia album praeatoris fuit, aet albescens, bene politum scilicet, vti videmus adhuc hodie in nonnullis epitaphiis. Nam veteres omnia acri mandarunt, nec videmus vestigium, quod vnguam LL. aut starcuta fluxili materiae trahiderint. At quid respondebo ad auctoritatem Suidae provocantibus? ille enim dixit; Λεύκων h. e. album, parietem fuisse gypso inunctum, ad inscriptionem ciuilium rerum aptum. ad quod quidem respondebit Taubmannus l. o. quae tamen responsio non per omnia placet. Igitur Respondeo, Auctoritatem Suidae ea non pertingere, tanquam auctoris incerti aevi, vid. New. access. 1. ad Whear. relect. hyem. p. 171. vt testis sit omni exceptione maior, & suo testimonio insinuat ea, quae moribus antiquorum conuenientiora. Et satis nostram opinionem firmat, contra vero Heinecci & Accursii opinionem insinuat Gell. Noct. Att. XI. 17. ubi sequentia. Edicta veterum praeatorum, sedentibus forte nobis in Bibliotheca templi Traiani, & aliud quid requirentibus, cum in manus incidissent, legere atque cognoscere libitum est. Si igitur album, paries fuisset, qua ratione in bibliothecis adseruari potuisset?

§. XVI. Aut me fallit animus, aut heic alterum locum occupant SCta, quae Tribuni non littera T. notauerant, sed solenni isto VETO intercesserant, quae non vocabantur SCta, sed auctoritates prescriptae, vti videre est apud Cic. ad Fam. Ep. VIII. Lib. 8. & L. I. ep. 2. §. 11. Huc pertinent & ea SCta, quae facta erant a Senatoribus, nonnullis absentibus, quos LL. Augusti Imperatoris vocauerant. Dio. L. 55. p. 550. 4)

- a) Locum, quia notabilis, heic inferendum censui; Si quando casu fieret, vt non tot (Senatores) quot opus erat, conuenirent (nam praterquam quod imperatore praesente numerus Senatorum, qui adessent, accurate imibatur, idem hoc ferme omnibus aliis etiam, quibus senatus habebatur, siebat diebus) consilium quidem i capiebant. & quod si statuerint id prescribebatur: non tamen vim SCti obtinebat, sed auctoritas Senatus dicebatur, quae videlicet offendere, quae fuisset sententia eorum, qui consilio interfuerant, senatorum. Idemque hoc etiam tum obseruatum est, quam aut loco aut tempore alieno, aut nullo legitimo editio vocati, festinato coiissent, aut Tribuni aliqui plebis interfuerint. Nam hic quoque quum SCium fieri negaret, tamen sententiam suam senatus notebat esse occultam, quae deinde more Romano rateret, ac nomen SCti aciperet,

§. XVII. Tertium locum tenet media, inter XII. Tabb. & Constitutiones principum, Jurisprudentia, vti vocatur §. 3. I. de legit. agnat. success.

success. quae nihil aliud continet quam responsa prudentum atque disputationem fori. Et haec expresse vocatur ius non scriptum L. 2. §. 5. de O. I. Jus enim non scriptum fuit, vsque ad tempora Theodosii iunioris, qui in speciem iuris scripti per sanctionem iuram transmutavit vid. §. *supra* 13. Et sic melior conciliari potest L. 2. §. 5. *cir.* cum §. 8. I. de I. N. G. & C. ac fecit *Pagenstecher*. Apb. 17. L. 1. *Instit.*

§. XVIII. Lex Regia nunc nobis sese sif sit ex plurimorum opinione. Est autem *Lex regia modus quo Principi summa potestas conferatur*. Denotat igitur idem quod titulus imperii electione populi & acceptatione principis constans. *Langg. not. in Cocc. I. Publ. c. 7. §. 12.* A tacito populi consensu eam accessit *Tac. Ann. L. 1. pr. Dio vero Cassius ab expresso. L. 53. p. 503.* Vtique autem modo retinuit naturam iuris non scripti. Quanquam si genuinum fragmentum esset, quod exhibet ex Gruterio *Heinecc. Synt. Ant. Rom. L. 1. t. 2. §. 67. p. 101. segg.* non inficiandum, Legem Regiam tempore Vespasianorum ius scriptum factum esse. At si multa dubia obstant, quae, hocce fragmentum legis regiae non esse, indicant. Nam 1) in hocce fragmento legitur, quod, quae ante hanc legem egerit Vespasianus, perinde iusta rataque sint, ac si populi plebisue iussu acta essent, quum tamen regia lex ante ferenda esset, quam electus imperium acciperet, aut saltim in ipso eligendi actu. Nam per hanc legem populus ei & in eum omne imperium suum & potestatem concedebat §. 6. *Instit. de I. N. G. & C.* id quod & testantur *Tac. & Dio. I. c.* Nec in Dionae aut Suetonio legimus, vnum ex Vespasianis Imperium inuasisse, & ex postfacto allectum esse, sed vtrumque consensu magnoque militum & populi plausu electum esse. 2) Praescribit, quid imperatori faciendum, quidue omittendum, eiusque actiones temperat. 3) Igitur hocce fragmentum nomen potius capitulationis, vt ita loquar, Germanicae, quam legis regiae promeruit. Haec enim consistit in electione Imperatoris & huius acceptatione, capitulatio vero summam potestatem temperat. 4) Conspicimus ad singula vocabula huius fragmenti puncta, quum tamen in finalibus versuum veteres nullam distinctionis notam addidissent. *Cel. lar. orthogr. p. 60.* 4) Legis huius mentionem nec Dio nec Suetonius initit, quod tamen omnino tanquam noui quid annotassent, si SCta ista, vti loquitur Heineccius, in gratiam Augusti subinde facta, postea repetita, in vnam legem coaluisse; vt cetera taceam, quae alium in locum reseruo.

4) vti

a) vii ipse facetur *Heinec.* §. 56. c. l.

§. XIX. Progredimur nunc ad quintam speciem, scil. ius expresse latum, sed in scripturam non redactum, quod etiam vocatur ius non scriptum. §. 3. & 10. I. de I. N. G. & C. iunge *Suet. Calig. c. 41. pr.* Huc pertinet etiam praecedens lex regia, nec non decreta Principum ore prolati; An autem huc trahi possint ea, quae legimus L. 3. ff. de his, quae in test. del. Pagenstechero defendendum relinquimus, meo quidem iudicio ibi: dixit, idem est ac edixit, quod & scriptis fieri potest.

§. XX. Ultimum locum princeps Juris non scripti species habet, consuetudo, quam vnicam laudat Imperator in §. 9. 11. 11. Vnde & error enatus, ac consuetudo vnicam iuris non scripti sit species. Dispiciendum igitur nobis est, cur Imperator hanc solam speciem laudat? Respondeo tractat in Institutionibus illud ius, quod in ipsis rerum argumentis obtinet §. 3. prooem. hoc est, ius nouum, igitur huc trahere non potuit edicta praetorum, quia iam erant ius scriptum vid. §. 15. b. diff. nec auctoritates senatus, quia SCotorum auctoritas per constitutiones principum erat deleta. §. 16. nec medium iurisprudentiam, quia facta erat ius scriptum, per §. 17. Nec legem regiam, quia potius ad ius publicum, quam ad priuatum, de quo loquitur Imperator vnicus, pertinet. Restat igitur ius expresse quidem latum, ast in scripturam non redactum, & consuetudo. Illud redegerat Imperator in scripturam, scil. in Codice priore exhibuerat, igitur hoc tempore vnicam consuetudo restabat. Hinc a potiori denominationem desumit, vnius tamen positionem non statim vult esse alterius exclusionem, si scilicet alius Imperator successor, voce, non scriptis, ius condere vellet, illud & iuris non scripti nomine veniat, quod satis aperte profitetur §. 10. I. c. l. 4)

a) Ast quid respondemus *Iuliano.* L. 32. ff. de LL. qui etiam consuetudinem opponit iuri scripto. Resp. Julianus adhuc ante oculos habebat statum Romanorum democraticum vii patet ex §. 1. c. Legis. Ibi autem moris non erat leges sine scriptura confidere, sed omnia solenniter peragebantur, vti vidimus, & si quod ius non scriptum in hac Republ. esset, peculiare habebat nomen, vti patet ex praeced. Nam ius non scriptum per vocem praecōnia latum, me quidem iudice, sub Imperatoribus, imprimis iis, qui furibundam exercebant tyrannidem, enatum est. vid. *Suet. Calig. c. 41.* Quare Julianus principem iuris non scripti speciem enarrat, reliquis tamen non exclusis, vti verba proxima produnt; & quia in re hoc desiceret, tunc quod proximum & consequens ei est. Hoc etiam est species legis non scriptae, nam est id quod per interpretationem eruimus e LL. Et

30 DE DISTINCTIONE IURIS SCRIPTI ET NON

S. i. per verba; merito & ea, quae sine illa SCRIPTO populus probauit, tenebunt omnes. Adde & Paulum L. 36. h.

§. XXI. Quare non inutile erit dispicere 1) quomodo introducatur consuetudo seu quaenam requisita, 2) quamnam vim & effectum habeat. At utramque quaestionem diluendarum, distinctiones temporum sunt adhibendae. In Republ. libera sufficiebat 1) consensus populi tacitus L. 32. §. 1. ff. de LL. Ast in Monarchia eius voluntas adesse debebat, qui legislatoriam habebat potestatem tot. tit. quae sit Long. consuet. L. 1. pr. ff. de Cons. princip. utroque autem tempore requirebatur, 2) ut sit rationalis. L. 39. ff. de LL. L. 1. & 2. C. quae sit long. consuet. c. vlt. X. de consuet. Effectus consuetudinis in republ. libera erat 1) ut si lex deficeret, defectum istum suppleret L. 32. pr. & 33. ff. d. t. 2) Leges abrogabat L. 32. §. 1. cii. 3) LL. interpretabatur. L. 37. & 38. ff. c. l. In Monarchia autem 1) defectum Legis suppleret. arg. L. 11. C. de LL. & tot. tit. C. quae sit Long. consuet. 2) Consuetudo lege prior retineret vim Legis L. 1. C. tit. cit. Contra vero LL. abrogare consuetudo posterior non poterat per L. 2. & 3. C. l. c. nec interpretari per L. 1. & 9. C. de LL. His itaque bene cognitis facile conciliari possunt, L. 2. C. quae sit long. consuet. cum §. 11. I. de I. N. G. & C. de qua conciliatione laborat Pagenstecherus in aphorismis. Nam LL. posteriores derogant prioribus. a)

a) Ita placuit olim statuere; ast re curatus expensa, sequentem in modum distinguo. Aut consuetudinis scientiam habet Legislator, aut non habet. Si adest scientia Legislatoris, valet ut lex noua, vocatur lex tacita, & est ut plurimum uniuscuiuslibet, L. 32. §. 1. ff. de LL. Et scientia Legislatoris praesumitur, ex diuturnitate temporis & obseruantiae. L. 35. ff. de LL. vbi tamen nullum tempus, ut apud Saxones, requiritur, sed tot actus, & tot anni, quot ad Legislatoris cognitionem necessario demonstrandam, sufficiunt. In primis autem ad hanc scientiam firmam prodest, 1) si consuetudo est rationalis. L. 39. ff. de LL. L. 1. C. quae sit longa cons. c. f. X. de Cons. 2) si in contradicto iudicio firmata est L. 34. ff. de LL. Sin autem non adest scientia Legislatoris, est consuetudo particularis, nec ut noua lex valet, sed 1) defectum legis supplet, h. e. de iis saltem valet, quae nec imperata nec prohibita sunt, L. 2. & 3. C. quae sit long. consuet. L. 11. C. de LL. neutiquam LL. anterioribus deroget per dict. LL. nec eas interpretatur L. 1. & 9. C. de LL. quia interpretatio authenthica & visualis est instar nouae legis. vid. omnino c. s. diff. I. & Corinini Jus Can. Lib. I. Tit. I. §. 25. 2) consuetudo, lege prior, retinet suam vim L. 1. C. quae sit long. consuet. quae lex ita explicanda, nisi in noua lege expresse additum, quod nulla contraria consuetudo vltius valere debent. Autb. Nauglia C. de Euri. O. C. art. 218.

§. XXII.

§. XXII. Ex parte igitur dissentientem video *lll. Thomasum in nouis addit. ad Hub. prael. Inst. §. 6.* vbi dicit, consuetudinem vim suam non habere in Monarchia a consensu principis. At huic opinioni contrariantur tot textus, quorum nonnullos *§. praece.* exhibet. Interim & ratio *L. 32. §. 1. cit.* postulat, ut principis voluntas & consensus requiratur ad consuetudinem introducendam. Ibi enim dicit Julianus. *Nam nulla alia ex causa nos leges tenent, quam quod iudicio populi receptae sunt &c.* & paulo post: *quare re-ellissime etiam illud receptum est, ut LL. non solum suffragio Legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.* Nam nulla est diuersitatis ratio circa LL. siue fiant in Democratio, siue in Monarchia, vbique consensus Legislatoris vel expressus vel tacitus requiritur. Porro *c. l.* pergit vir Illustris: *Consuetudo producit ius efficacie, & impunitatis, non obligationis.* Id quod iterum nego. Lex enim producit obligationem ergo & consuetudo, quae legem imitatur. Nec adserendum Viri illustris analogiam Iuris pro fundamento habet, taceam ipsas LL. Scimus etenim, id quod semel illicitum, ex continuatione actus non licitum fieri, sed hanc continuationem maiorem poenam procreare. *a)* Rebus igitur suis male consulat, si se diu ita hoc feruesso dicat, quod contra leges, nec non eiusdem ciuitatis membra reliqua, nam si tacitum legislatoris consensum non probare poterit, in poenas omnino incurret.

a) Ex iure notum est ludos mixtos esse prohibitos; quod si igitur quis poenam vellet ea propter auertere, quia diu ludos hos exercuerit, nec non eius conciues, num gratiam a Principe habebit? minime, sed si tacitum principis consensum demonstrabit, e. g. quia perditum conditione repetere non permittit, aut quia seit subditos esse ludis deditos, & impune id permittit, aut proprio exemplo, quod vult, exponit.

§. XXIII. Dispiciamus num Imperator non admodum ele-ganter Philosophatus sit in *§. 10. 1. cit.* vti eum Vinnius *§. 3. supra* culpat, dum distinctionem hanc Juris scripti & non scripti ab institutis ciuitatum Graeciae deducit. Ego absurdum video. Tunc enim incusandus esset, si Vnicā consuetudo ius non scriptum conficeret, meliora autem sumus edocti in praecedentibus. Nam probabile est, quod & innuit noster verbis: *fluxisse videtur*, distinctionem iuris scripti & non scripti *a)* originem sumississe post *XII. Tab.*

con-

constructionem, quae vocabantur ius scriptum. Quum autem valde obscurae essent, interpretatione forique disputatione opus habebant, quae media iuris prudentia est, atque ius non scriptum, h. e. quod in XII. Tabb. non est exscriptum, nec requisita, supra a nobis posita, exquisite haberet. Quis igitur Justinianum tam absurdum credat, vt statuisse, Lycurgi leges non scriptum ius mansisse, et si Tabb. XII. essent insertae, aut eius leges non scriptas consuetudines fuissent? Quare totus hic paragraphus nihil aliud vult, quam, quia Romani, omnem publici priuatique Juris fontem, Graeciae debent, ut & hanc distinctionem Graecis visitatissimam inde accersuerint.

*) Nullus dubito, leges non scriptas ante XII. Tab. confectionem adfuisse, ast & denominationem istam cognitam fuisse, nego, sed nouiorem XII. Tab. esse, affirmo,

§. XXIV. Restat nunc ut diluamus, quae ab aduersariis opponi possunt. Dicunt autem inueteratae sententiae defensores, essentiam legis, scripturam non esse, igitur lex obliget, antequam sit in scripturam redacta. Ast nobis sermo non est de obligatione legis, ante scripturam, sed quaerimus an lex ante accedente scripturam possit vocari lex scripta. Quæstio non est de lege in genere, sed de lege scripta. Concedimus obligare legem ante scripturam, negamus, eam vocari posse legem scriptam, vid. Pagenf. apb. 17. Lib. 1. Porro dicunt: Lacedaemonii Legibus scriptis vni non sunt, ast tamen vni sunt legibus. Respondeo: Hoc ambabus largior, quod vni sint legibus, quæstio est, an propterea eorum LL fuerint scriptæ leges? quod ipsis negant nobiscum. Nemo negabit eum esse hominem cui deest nasus, ast quilibet negabit eum esse hominem integrum. Porro opponunt, quod consuetudo in scripturam redacta non sit lex. Quod concedere possum, si de scriptura priuata sermo est, vti in Speculo Saxonico & Suevico, nec ex iure alia non scripta, sit lex scripta, licet accedit priuata scriptura, vti vidimus in edictis praetorum & responis prudentum. Neganduin tamen omnino est, consuetudinem legem non fieri, accedente scriptura publica, nam tunc sit lex, & quidem scripta. Tandem dicunt legem non scriptam, non statim esse consuetudinem. Id quod concedo lubentissime, quia plures legis scriptæ species vidimus §. 15. segg. Contra nego, quod quia lex non scripta non sit consuetudo, ea propter sit lex scripta. Ex his videmus clumbia aduer-

aduersariorum argumenta, quae statum controversiae non tangunt, ideoque non demonstranda demonstrant.

§. XXV. Frustra tempus terunt, qui nobis obiiciunt **S. 9. I. de I.**
N. G. & C. nec non **L. 32. ff. de LL.** quippe ad quos textus supra iam ab-
 unde respondimus. Nec nos morantur, qui, hoc distinctionis mem-
 brum iuris scripti, non omni iuri non scripto opponi, caussantur,
 quia & Jus Naturae sit *ἀγεαφόρτι*, sed solum ei quod longa consuetu-
 dine introductum. Nam concedo quod non opponatur omni iuri tam
 diuino, quo pertinet Jus Naturae, quam humano non scripto, quippe
 Imperator tractat solum Jus Ciuale, nego autem quod non opponatur
 omni iuri non scripto ciuili, vti aduersarii volunt, solam laudantes
 consuetudinem; nam aliud euincit **S. 10. I. c. l.** & nostra dissertatio
 in praecedentibus.

§. XXVI. Ceterum L. B. paucis adhuc Te detineam. In tota
 hac dissertatione nullum Doctorem inuenies, cuius uestigia lege-
 rim preesse, contra opinionem, quae magno adsensu recepta est,
 reiectam cernis. Quare ne mihi hoc vitio vertatur a Tua bene-
 uolentia peto; Nam semper quantum potui ad ipsos fontes recur-
 ri, quia ad rationem malo quam ad similitudinem viuere. Nec
 credo quod hocce specimen, quo me multitudini educere volui,
 telis me opponat, & maleuolentiae quod morderet, ostendat. Inte-
 rim lubentissime patiar, vt quam magnus mirantium, tam
 magnus inuidentium quoque populus sit.

Vale.



C O R O L L A R I A .

- 1) Definitio Juris Naturae pr. I. de I. N. G. & C. decidenda & explicanda est, ex op-
 nione Cleanthis, quam exponit Lips. Philof. Stoic. Lib. 2. diff. 16. p. m. 104. ed.
Plant. quo & pertinet Senecae, sapiens quicquid euenerit, sciet legem esse naturae,
- 2) Seruitus oneris ferendi non est seruitus anomala, vti antiquitatum studiosi norunt.
- 3) Primogenitus a post genito, imperfecto iure tantum honorem exspectare, non au-
 tem exigere potest.
- 4) Primogeniti ius imperfectum extinguitur, si secundo genitus accipit ius perfectum.
- 5) Vasallii & ministri sunt distictissimi, quanquam hi secundum illorum ius iudicentur.
- 6) Imperii denominatio soli Imperio Romano competit, neutiquam aliis regnisi.

DISSERTATIO HISTORICO - IURIDICA

DE
VRBANO BENEFICIO.
Vom Bürger - Lehn
 RESPONDENTE
LUDOVICO FRIDERICO COBERO, ALTENBURGICO.
HABITA IENAE 1716.

§. I.

Quam arduum sit ad interiora Jurisprudentiae feudalis adyta penetrare, nemo, nisi qui vltimis labris saltim istam attigit, ignorat. Nam Stryckianum examen aut Longobardorum placita addidicisse, non sufficit, sed patria iura delibasse, iuuat. Ast bone DEv! Herculeum, dum hocce meditor, mili imaginor biuum, altera pars praebet latam viam, asperam altera, illam plurimi sectantur, qui putant, inter somnia hauriri posse Juris feudalis dogmata, a Doctoribus, delicias querentibus in libellis, quorum singulos paragraphos in notulis, insulis interdum, emendare coguntur; asperam autem auersantur plurimi, paucissimi querunt, ob labores grauissimos & arduos. Quodsi enim saltim nobis mens est Ius Feudale Germaniae ex antiquitatibus hauriendi, quantae obscuritatis tenebrae sunt discutienda, partim ex obsoleta lingua, partim ex nimio breuitatis compilatorum studio, partim ex defectu scriptorum rem clare exponentium &c. pronantes. A prima igitur iuuentute in id enitendum est, vt labori isti grauissimo adiuescamus, & cognitione antiquitatum Germanicarum, quantum barbaries priorum temporum permittit, imbuamur, vt si facultas detur, ad ipsum culmen adscendere possimus. Hinc primus, ni fallor, speciminis loco, quantum in iuuentute, ad studia altiora destinata, in antiquitatibus patriae profecerim, dissertationem de feudis urbanis Tibi, B. L. offero.

§. II. Antequam ad ipsam rem adgredior, more eorum, qui non siblesto studio res tractant, diuisiones & definitiones praemittam, vt, quae mens mea sit, postea recte cognoscatur. Varias feudorum divi-

diuisiones nemo, nisi qui Cocceii hypomnemata, ob acumen, quod plurimi non ferre possunt, adsperrnatur, nescit; magno enim studio vir ille Illustris eas collegit. Quas inter scopum nostrum imprimis ferit ea, quae feuda in regalia & non regalia, dissecat, haecce autem iterum in nobilia vel plebeia. Plebeia autem commodissime nouam admittunt diuisionem, scilicet in feuda Ciuium & Rusticorum. **Gemeine Bürger- und Bauer-Lehne Cocc. Hyp. Feud. tit. 3. §. 17.** Feuda autem ciuium s. Urbana, de quibus disquirimus, sunt, vbi Vallus de praedio urbano est inuestitus, ut perpetuo in ciuitate seu urbe maneat, eamque tempore necessitatis pro virili defendat, nec non domino suo adspicit in iudicio circa feuda urbana inuestito.

§. III. Feudum urbanum ideo nomino, ne ab antiquo Auctoris veteris de beneficiis loquendi more recedam. Alias enim etiam Feudum burgense in I. F. Saxonico a) & Alemannico b) vocatur, & germanice ein Burg-Lehn. Olim enim vrbes etiam Burgen vocabantur, vnde ciues: Bürger. Hodie autem distinctio est inter vibem einer Stadt / & Burgum s. Castrum einer Burg / quanquam quae de feudis Burgenibus loquuntur dicta I. Feudalia, etiam hodie intelligenda sunt de feudis urbanis. Nam castrense feendum, quod hodie datur ad defendendum castrum, idem est ac olim apud Longobardos Feudum Guardiae c) & vocatur in literis inuestiturarum Burg-Lehn / ad differentiam des Bürger-Lehns/ quanquam Doctores res confundunt ob non intellectos textus I. F. Saxonici, & Alemannici. vid. Cocc. hyp. I. F. tit. 3. §. 50. n. 3. & not. t. Differunt autem potissimum obiecto, hoc enim datur ad defendendas vrbes vti ex def. §. 2. patet, illud ad custodienda & defendenda castra. Hoc ad heredes transit, illud regulariter saltim est annuum. I. F. 2. & 4. hoc est ignobile illud est nobile; plures differentias in sequentibus videbimus. In hoc tamen conueniunt, quod vtrumque sit conditionatum. Vtrumque differt a feudo castrī, vbi quis castrum aliquod in feendum accepit, nam illa sunt conditionata, hoc autem est Feendum proprium, quippe de quo cuiusvis generis seruitia praestantur, imo est & nobile, vide I. F. 4. §. 3. & 4. Germanice etiam vocatur ein Burg-Lehn Cocc. c. l. not. u. Ab hisce omnibus differt feendum Burgimagistri, feendum plebeium & quidem rusticum ein Bauer-Lehn / & est vbi Scultetus f. Burgimagister inuestitur munere publico in rusticos.

Ideo autem vocatur Burgimagiſtri feudum, quia rustici in Alemannia & a Rheni accolis vocantur **Bürger** / ideo & eorum Scultetus, **Bürgermeister** Schilt. *Comm. ad Cod. Feud. Al. c. 151. Eisid. I. P. p. 1. L. 1. tit. 6. §. 3.* Quare quia in Saxonia rustici, **Bauern** vocantur, Compilator Saxonici Iuris Feudalis c. 78. eos nominat **Burmeister**; & eorum feuda: **Geburmeiſterschafft d).**

a) c. 72. seqq. vnde ille qui versionem adiecit latinam; non accurate locutus est; dum **Burg-Lehn** feudum Caſtrene nominat. Nam diuersa esse §. praece, monſtrat. vid. praece, *Ludonici ad I. F. Sax. §. 9. & 16.*

b) c. 136. seqq. Eundem errorem errat Schilter in versione sua, quem not. praece. notauiamus.

c) Consentit mecum *Illi. Thomas. in Select. feud. §. 44. de usu libri Vet. de Benef. & Beyer. Del. I. F. c. 3. pos. 72. 73.*

d) Aliud feudum etiam est **Castellaniae**, quod Schilterus confudit cum feudo caſtrenſi. Nam per hocce accipit aliquis officium aulicum, & conuenit cum Feudo Gaſtaldiae nam ein Caſtellanū idem est ac ein Hoff. Verwalter, niſi malis pro Feudo Burggrauii habere *Coccej. J. P. c. 15. §. 25.* vbi Burggrauius dicitur Caſtellanus perpetuus & iudex Marchionis.

§. IV. In definitione dixi, praedia urbana in feudum urbani-
num dari. Quid est igitur praedium urbani? Ex iure ciuili fa-
ciliſ ſt. Responsio, ibi enim ſatis clare demonstrat Imperator *I. de Seru. praece.* omnia aedificia eſſe praedia urbana, & ſic tollit
vna litura omnes antiquorum ICtorum contentiones, quae in Pan-
deſtis reperiuntur a). In noſtra autem definitione praedium ur-
banum aeftimatur ex fine; omnia igitur praedia quae in eum finem
dantur, vt accipiens urbem custodiat, urbana praedia vocamus, ſi-
ue ſint aedificia, ſive ſint alia immobilia b). Nam quanquam ex-
preſſis verbiſ in legiſ antiquis conſtitutum non eſt, quid accipi-
ant in feudum ciues, ex circumſtantiis tamen colligere licet, nihil
aliud fuſſe quam aedificia & quidem frequentiſſime, vel area fal-
ſum ſuper quam deinde aedificia exſtruēbant, vel alia praedia im-
mobilia. Nam ciues urbici erant liberti vel ex illis prognati, & ſi-
bi viſtum & amictum quaerebant operibus mechanicis, & defende-
bant vrbes, igitur agriculturae rusticorum, aut nobilium officiū o-
peram dare haud poterant, nec quoad posteriora haecce valebant.
vid. inf. §. 11. n. a. Hinc credibile non eſt, vt Dominus eorum di-
rectus eiusmodi eis feuda dederit, quorum cura vel ab operibus
ſuis conficiendis mechanicis, vel a defenſione vrbiſ abſtraherentur.
Imo *Wittekind* infra §. 12. citatus expreſſe dicit, quod urbani milites

f. ci-

s. ciues agriculturae curam nullam ex instituto Henrici Aucupis habere debuissent. Confirmare etiam nostram opinionem videtur, quod scilicet plerumque aedificia in feudum urbanum data sint, Author vetus de beneficiis §. 9. p. 155. & Ius Feud. Sax. c. 73. p. 250. edit. Ludeou. nec non p. 251. ob verba: ob er auf der Burg da er Bürger inne ist etwas Arges thut. Vbi videmus (1) quod ciuius non ut subditus puniatur, sed ut vasallus, (2) quod in urbe puniatur, quia ciuius ibi est, h. e. habitat ibi tanquam vasallus. vid. & A. V. de beneficiis §. 5. & 7. Meamque de aedificiis urbanis fo-uisse opinionem Zobelium, patet ex eius versione, vbi saepenumero post verba: ein Burg-Lehn/ insuperitis verba: Das ein Mann auf seiner Burg hat/ quanquam in fontibus non reperiantur: e. g. c. 72. p. 239. ita dicit Zobel. Ein Burg-Lehn das ein Mann auf einer Burg hat mag er einen andern nicht verleihen noch auslassen / cum haecce non adiecerat Reppchouius. It. p. 241. Schweren muß aber der Mann/ daß er es nicht gewußt habe/ da ihn der Herr den Burg-Sitz lehrt/ daß sein Gut ein Burg-Lehn gewesen/ ubi iterum in fonte verba: Den Burg-Sitz/ non inueniuntur.

a) Nam eorum errori non suffrago qui putant Institutiones ex Pandectis esse transsumtas. Veritati igitur cedens adfirmo ex mente Imperatoris, Institutiones neutiquam Compendium pandectarum esse, sed illas separatim collectas esse, non ex scilicet ex libris, quos veteres compouerunt, qui prima legum argumenta continebant, & institutiones vocabantur, vid. Conf. Tanta. de conf. Dig. §. 11. Et Talpa coeiores sunt, qui Institutiones praelegunt & non yident, vnde collectae sint, cum tamen ipse Imperator id dicat §. 6. proem. I. Quod autem Imperator corrigat & componat in Institutionibus dissentibus in pandectis relatios, patet ex c. §. const. tanta: Admonimus, inquit Legislator, eos, ut memores etiam nostrarum siant Constitutionum, quas pro emendatione Iuris promulgauimus & in confectione INSTITUTIONVM ETIAM EADEM EMENDATIONE PONERE non morentur, et sit manifestum, & quid ante vacillabat, & quod posse in stabilitatem redditum est. & hoc vuli etiam §. 4. & 5. proem. I. Hinc sicut, quod Pandecta vbi Institutionibus contrariantur, neutiquam ut LL. valeant. Exempla habes, praeter id in §. supra adductum, §. 25. I. de R. D. §. 14. E. de legislatis &c.

b) Hoc adserio dissensio a duobus viris illustribus, nempe a Schiltero; cui nec illustr. Thomasius suffragatur, & illustr. Thomasio ipso, ille feudum urbanum etiam in annua quantitate putat constituisse, comment. ad I. F. Al. c. 136. Nam hac adserione feudum soldatae aut cauenae aut camerae confunditur cum feudo urbano; Thomas, de usu libri yet, de benef. in Select. Feud. §. 15. Nec ob-

E 3
stant

stant mihi chartae ibi exhibitae; Loquuntur enim de feudo Castellaniae vid. §. 3. not. d. Nee me dimouet charta quam ex Freberi orig. Palat. adfert Ill. Strass. in Hisp. Iuris c. 8. §. 7. not. s. Nam satis clare inde demonstrari potest, quod ibi sermo sit de feudo guardiae, imprimis cum & sibi prospexerit ibi Vasallus, ne ex arbitrio domini reuocetur, sed ex feloniam. Hic autem putas feuda urbana sola aedificia urbana fuisse c. 4. §. 44. cum tamen grauissime obstant textus Iuris Feudalis Saxonici & Alemannici vid. infr. §. 8. seqq.

§. V. Nec obstant mihi, dum aedificia aut aream ad aedificandum in feudum datam esse dixi, textus alias satis speciosi. Textus est primus in 1. F. Sax. c. 72. Verleihet ein Burgherr seine Burgk einem andern ganz hinweg/ (1) oder lässt er sie einen auf/ der nicht seines Genossens ist / die Burgherrinne seynd nicht pflichtig/ ihre Burgsitzer von diesem zu empfahen/ noch auch mit dem Burg- Lehen an ihm zu folgen/ sondern sie sollen es behalten/ als vor ihr rechte Lehen/ von dem sie es zuvor gehabt haben/ oder sie sollen damit folgen an den Herrn/ dem es ihr Herr ausgelassen hat/ als vor ihr rechte Lehen. Und ihr Gebäude auf der Burgk soll man ihnen bezahlen/ ob sie auf der Burgk nicht länger wolten bleiben. Ex hoc textu forsitan aliquis sequentia dubia necteret. (1) Quomodo fieri posset, vt aedificia ciuium non ad eum pertineant cui sit vrbs? expresse enim dicitur: Die Burgherrinne sind nicht pflichtig ihre Burgsitzer von diesem zu empfahen u. s. w. (2) Clarilimis verbis demonstratur, quod feuda urbana retineant Vasallus, et si aedificia sua aut tollant, aut vendant Domino. Respondeo. Primum argumentum plane est impertinens, ex hoc textu enim non probatur, quod ille, qui accepit urbem, retineat, ciues autem pertineant ad Dominum priorem, (2) sed textus hic suauiter consiprat cum nexu Juris feudalis reliqui, vbi discimus: quod dominus & Vasallus regulariter teneantur ad paria. Quodsi Vasallus feendum suum sine consensu Domini alienat, nihil agit, perditque illud propter feloniam. Igitur & Dominus inuito Vasallo Dominium suum directum alienare non potest, et si non cadat dominio, contractus tamen est nullus, nisi Vasallus nihil intersit, Cocc. hyp. F. tit. 7. §. n. Loquitur autem noster textus citatus, de casu vbi dominus Vasalli conditionem deteriorem facit per alienationem, quia ei inferior est longe, quem de ciuitate inuestire vult. Hinc dicit textus quod reti-

retineant sua feuda a priori domino. Secus est si pari feudum concedit per. I. F. Al. c. 138. §. 1. Quod ad secundam obiectiōnem attinet, fallissime infertur ex textu citato, Vasallos in hoc casu feuda retinere & tamen aedificia vendere. Sed sensus genuinus sequens est: Quodsi Vasalli in vrbe morari diutius nollent, sed feuda sua domino renunciant, tunc teneatur dominus aedificia luere parato pretio, aut Vasallis permittere ut ea tollant. Quem sensum & verlio latina & textus germanicus flagitat. Et hicce sensus etiam conuenit cum eo quod apertissimi iuris feudalis est circa meliorationes feudi. Cocc. c. l. tit. 12. §. 4. Hinc potius ex hoc textu probare possum aream loco feudi datam esse, & aedificia deinde superstruxisse Vasallum, quae deinde naturam acceperint meliorationum perpetuārum. Deflectit equidem a lectiōne I. Feud. Saxonici paulisper I. Feud. Alemannicum c. 138. Ast in dubio inter haec iura nulla statuenda est differentia, quia Jus hoc Alemannicum est nouum & ex priori maximam partem descriptum, vti eruditissimi Historicorum putant. Dissentit Schilt. praef. ad Cod. I. F. Al. §. 17. Imo variantes lectiōnes, corruptae, & perplexae satis dubium ibi reddunt sensum.

a) Sensum huius periodi, qui recte vult adsequi, euoluat I. Feud. Al. c. 138. vbi videbit, quod non disiunctim vera sint haec propositiones, sed coniunctim s. simul sumtac, & lectio forsan ita erit: Wenn ein Herr seinen Uingenossen die Burg entweder ganz lässt oder ihm nur damit belehnet, so sind ic. sensus autem non est: Wenn ein Herr seine Burg ganz (etiam pari) lehnt, oder lässt sie sin ungenossen.

b) Quanquam nihil etiam tunc absurdī exinde fluere, nam optime fundatum est in iure feudalī, quo aliis sit Dominus iurisdictionis, alius Dominus feudi, imo & alijs dominus eminens.

S. VI. Altera obiectio oritur ex eodem Jure feud. Saxonico c. 73. p. 253. vbi sequentia: Wird eine Burg mit Gewalt zerbrochen um Ungericht/ da der Bürger unschuldig an ist/ er soll seines Burg-Lebens nicht darum darben/ sein Burg-Lehen sey auch dies weil sein recht Lehen/ also lange bis dass die Burg wieder werde gebauet/ mit Mauren und mit Blencfen also ferne/ dass man sie mit einen Thor beschützen möge. Eadem verba leguntur in A. vet. de benef. §. 10. & 11. Ex his obiici posset, quomodo ciues possent retinere feuda, si aedificia fuissent, diruta vrbe. Respondeo. Ex hocce textu minime fluit, aedificia omnia esse destructa, sed muri saltim atque agerres solo exaequabantur.

neu-

neutiquam aedificia reliqua, quod non solum ex hocce textu, sed & ex spec. Sax. c. 3. art. 68. iuncto art. 66. adparet. Et, quid si etiam aedificia sint diruta, manet tamen area feudalis. vid. §. praec.

§. VII. Porro obstare videtur textus pag. ead c. l. Ob eine Burg und Burg-Lehen nicht in eine Gewalt gehören/ und nach des Herrn Code andern sonderlichen Herren ledig werden/ und das Burg-Lehen getheilet wird von der Burg/ die Burger folgen ihren Burg-Lehen da es hingehört/ denn es ist denn ihr recht Lehen/ seyd sic der Burgsessment darab ledig sind. imprimis cum in I. Feud. Alem. c. 146. p. 199. ed. Schilt. sequentia addantur: hört das Burg-Lehen aber zu der Burge/ so muss er auf der Burg mit Rechte sitzen/ oder er verlenret das Burg-Lehen. Hinc sequentes obiectiones fingere posset aliquis, 1) Quomodo alter Dominorum urbem habere posset, ciues alter, quod omnino ex hoc textu sequeretur, si ciuium aedificia feuda sint vrbica. 2) Expresse distinguit, dicat aliquis, Jus feudale Alemannicum in loco citato, inter feudum quod ad urbem pertinet, h. e. aedificia, & inter Feudum, quod eo non pertinet, h. e. immobilia extra urbem sita. Ad primam obiectionem quod attinet, nihil absurdii exinde manat, vt alter sit dominus iurisdictionis, alter dominus feudi, imprimis cum textus dicat, quod feuda in posterum Vasalli teneant, tanquam recta, ideo nouus dominus sibi querat nouos defensores vrbis. Altera oppositio plane est conficta, & neutiquam in textu fundata, nam verba supra citata opponuntur verbis proxime praecedentibus; Das steht an Jme ob er uss der Burge sitzen wil oder niet. Hinc sensus sequens est: Antequam Vasallus dixerit se velle feudum suum tanquam urbanum a nouo domino recipere, possit illud a priori domino vt feudum rectum petere, nam tunc optio ei relicta est: Ast si semel vt feudum urbanum acceperit, tunc poenitentiae non sit locus, aut si poeniteat, cadat feudo. adde a. ret. de benef. §. 9. p. 165.

§. VIII. Dixi in definitione quod praeter aream & aedificia etiam alia immobilia in feudum data sint, id quod probo ex textu I. F. Saxonici c. 72. p. m. 245. Vom Guthe das des Reiches ist, mag man wohl Burg-Lehen leihen, ob wohl die Burg hernach eigen würde. In fonte autem legitur also die Burg eigen/ & in editione Augusta-
na alleine sy de Burch eygen. Ceterum hicce textus nec in I. F.
Ale.

Alemannico, nec in Auctore Vet. de beneficiis, si recte memini, legitur, nec satis commode applicari potest ad aedificia urbana, nec accurata est versio Zobelii, vti ex collatione textuum patet. Porro sententiae meae robur aliquod conciliare possum ex c. 73. p. 253. I. F. Sax. Ob der Herr sein Burger entsaget sein Burg Lehn soll sein reche Lehn seyn/ ohn sein Hoff auf der Burg/ und folget damit auf den Obersten Herrn/ als hier von gesprochen ist/ und seine Gebäude soll man ihm gelden.

§. IX. Stabilire etiam hanc meam opinionem videtur textus I. F. Sax. c. 77. p. 263. Vbi haecce: Ist es aber (das Gut) eines Herren eigen/ oder gehöret es zu einem Gottes-Hauß, darans es nicht kommen mag/ und der Mann damit nicht vorbaß folgen mag/ das Gut soll der Mann behalten/ ohn Dienst zu sein Leib ic. Hic enim textus si non intelligitur de rebus aliis immobili- bus, non aedificiis, in feudum datis, satis sensum concinnum non habet. Nec ad precariam satis apte applicari potest. Ast secundum I. F. Alemannicum facilius conciliari potest eorum opinione, qui sola aedificia, sive urbana beneficia, defendant, ibi enim loquitur de plane alio casu; vid. I. F. Alem. c. 148. §. 3. §. 4.

§. X. Adnotauit in definitione etiam finem huius feudi, qui est, vt ciuis perpetuo in vrbe maneat, h. e. quamdui nomen vrbis mereatur per §. præc. 6. eam defendat tempore necessitatis, dominoque suo adsistat circa feuda urbana iudicium habenti. Nam in antiquis L. L. feudalibus constitutum est, vt curiae pares iudicent in causis feudorum. Omnia comprobo ex A. V. de Benef. §. 2. p. 163. *Vrbanus non tenetur servire domino, sed in vrbe debet morari & contra adversitates eius eam tueri, & urbana sententias inueniat dum dominus egeat.* Clarius loquitur Ius Feud. Sax. c. 72. p. 244. Von Burg- Lehen ist der Mann nicht pflichtig seinen Herrn zu dienen/ weder zu Hoff noch zu Heerfart/ sondern allein auf der Burg soll er bleiben/ und dieselbe helfen beschützen und bewahren/ aufs beste er kan/ wenn es vonnothen ist; Er soll auch seinen Herrn rechtens verhelfsen/ zu Burg- Lehn recht/ mit Urtheil zu finden/ aufs beste er kan. idem dicit etiam I. F. Alem. c. 130. §. 1. §. 3.

§. XI. Visa & expensa definitione, ad origenes horum feudorum peruenio. Quanquam expressis textibus determinare haud possum quo tempore exorta sint feuda haecce, coniecturis tamen in-

dulgere licet in hac incertitudine. Nam quem fugit oscitantia scriptorum germaniae antiquorum, qui scripta fabulis anilibus & commentis absurdis onerarunt, nihilque ornamenti illis conciliare rebus politicis & necessariis studuerunt. Et quomodo aliter euenire potuit, cum monachis moenibus cincti, imperiti, & superstitionis in studium historicum incumberent. Hinc statuo Feuda urbana ante ciues & vrbes non existisse? quando autem ciues & vrbes ortae sint, nouam discussionem meretur. Hoc vno eodemque tempore non euenisse nullus dubito. Sunt autem ciues, homines, qui ob defectum praediorum ruralium agricultura vacarent, & mercaturae aliusque artibus mechanicis, inter ciues badiensem visitatis, operam consecrarent, segregem vitam liquerunt, & in unum locum se consociarunt. Tempus ex quo isti homines exorti sunt, ad punctum determinari haud potest, post introductam autem in Germania Christianam religionem id factum esse, regnante Clodouao Magno, adfirmare licet. Nam nescio quam superstitionem inculcauerat laicus cleris, ut seruos manumitterent, ne libertas christiana aliquid detrimenti capiat, ac si illa in libertate externa consisteret. Interim hicce error fascinauerat dominos, vt mox existeret populus libertorum. Hi duplicitis generis erant, vnum rusticorum, alterum ciuium. Illi antea fuerant homines proprii qui aliquam glebae partem tenebant, hi ex seruis prodibant nihilque proprii habebant Tac. de M. G. c. 25. Igitur variis artibus mechanicis vitae necessaria quaerebant, quibus artibus iam erant tincti. Lehm. chron. Spir. L. 2. c. 19. & L. 4. c. 14. Thomas. Sel. Feud. de lib. Vet. de benef. usu §. 15. a)

a) Sermo nobis est de germania magna, in Germania autem secunda ciues & ciuitates a Romanorum insitato olim iam florebant. Germanorum ciuium autem originem ex seruis ideo deriuo; (1) Quia antiquissimi temporibus tria saltum hominum genera, ante religionem christianam in germania dilatata, cognita fuerunt. Nimirum primum fuit NOBILIVM, secundum INGENVORVM, tertium LITORVM. Ipsi constituebant nobilitatem superiorum, den hohen Adel, illi inferiores, den niedre Adel, hi erant serui & homines proprii, vid. Ecardi Leg. Sal. in not. p. 30. vid. Capit. Car. M. de part. Sax. Nishardus L. 4. (2) Quia serui operibus mechanicis soli dediti erant, quae nunc callent ciues. (3) Serui Germanorum nullam terrae partem propriam possidebant, nec villam adquirere poterant, quippe militiae incapaces, nec ciues nostri regulariter agricultura se inquinant, aut rem domesticam tractant, tanquam mercaturae aliarumque artium impedimentum. Spelman. in Gloss. citatus a Schilt, in I. P. T. 1. L. 1. tit. 6. §. 3.

§. XII. Circa urbium extirpationem iterum distinguenda est germania secunda a nostra germania magna, in illa nec non ad Rheni

CONT.

confinia vrbes extruxerunt Imperatores Romanorum aut horum exemplo alii huius tractus incolae excitati sunt. In Germania autem magna, a Romanis non lacesita, vrbes condidit Henricus Auceps. Hunnis enim in illa debacchantibus oras & regiones deuastantibus, germanisque sub iugo tributis sudantibus, fortissimus Imperator, ad repellendos hostes, vrbes confidere coactus est, *Wutekind. p. 639. ap. Meibom.* Feuda igitur urbana natales debent bellis intestinis, siue ab hostibus exteris in visceribus germaniae excitatis, siue ab ipsis ciuibus per diffidationum rabiem; quae omnino exitio germaniae fuisset, nisi specialis DEI prouidentia regimen & maiestatem germanorum, in Austriacam domum, seminarium prudentissimorum aequae ac gratiosissimorum Imperatorum, contulisset.

§. XIII. Quod ad seruitia huius feudi attinet, sunt ista determinata, nec tenetur eiusmodi Vasallus domino adiustere in bello, aut Domini pompa sequi aulicam, sed solum ea obseruat, quae exposita sunt supra §. n. Hinc sequitur, ut feuda ista urbana sint conditionata, ideoque impropria. Nec potuit hisce, quibus excluditur, interessere, quippe Clypeo plebeio adscriptus, quod Clypeum locum non inueniebat inter militiam aut aulam germanorum pristinam. Nec ab vrbe ciues abesse poterant olim, ob perpetuum diffidationis metum, ne vrbs ob ciuium absentiam indefensa relicta maneat.

§. XIV. Speciale quid etiam habebant feuda urbana circa sub infederationem, quae locum in illis non inueniebat, ob §. 1. *A. Vet. de benef. C. 72. p. m. 239. I. F. Sax. &c.* Rationem addit Illustris Thomasius, quia feudum urbanum ultimum teneat clypeum, quicunque autem feudum accipiat ab altero, gradu, h. e. clypeo, sit eo inferior per *Spec. Sax. L. 3. art. 65. Spec. Sueu. c. 8. I. F. Al. c. 96.* quia igitur Vasallus urbanus iam ultimum Clypeum tenet, impossibile sit, ut inferiorem habeat. Addi & posset haec ratio, quod inhabilis fiat ad obeunda seruitia *Cate. H. I. F. tit. 7. §. 8. Thomas. de usu A. vet. de benef. §. 15.* Dicit tamen, *A. vet. de benef. §. 1.* In secundam manum non descendit urbanum beneficium, nisi tantum si urbanus alicui beneficium concedat. &c. Igitur Author ille mox adfirmat, quod antea negauerat. Ast rectissime respondit *Ill. Thomas. c. 1. §. 45.* ibi verba: *nisi tantum si urbanus alicui beneficium concedat,* non intelligenda esse de subinfeudatione, sed de alia quadam concessione, e. g. in vsumfructum, ego potius addo in emphyteusin vel censum, ob rationem se-

cundam in h. §. propositam, & haecce patent ex I. F. Sax. & Alemann. Ast quid si de facto alienauerit & in subfeudum concesserit beneficium suum vrbanum? tunc interueniente iussu Domini intra Sex septimanas reuocare tenetur, si autem est negligens amittit feendum. Sin autem moriatur antequam feendum repeatat, ille, qui a defuncto accepit feendum & per praescriptionem adquisiuit, intra annum petit a Dominio feudi inuestituram. *per Ius Feud. Sax. c. 72. p. 241. §. Stirbt denn der Bürger ehe die geschehen ist ic. a)*

a) Notabiliter etiam quoad hoc ultimum membrum differt *Ius Feud. Alem. c. 136. §. 2.*
a Iure Sax. in §. citato, vbi videtur adserere consuetudinum feudalium compilator,
quod ad praescriptionem feudi urbani requiratur spatium anni atque diei, id quod
etiam affirmat Schilt. in *Comm. ad b. l.* Interim si textus ita explicandus est, uti vult
Schilterus, notabilis est etiam differentia feudi urbani a reliquo feidis quoad
praescriptionem.

§. XV. In successionum materia a reliquo iure feudali non
discrepat. *I. Feud. Sax. c. 72. p. 273.* quamquam differat a praetorio
edicto de ventre in possessionem mittendo uti adparet ex *I. c. p. 243.*
nec non *I. Feud. Alem. c. 137. Spec. Sax. L. 1. art. 33.* Specialia autem
multa occurruunt circa modos finiendi feendum. Duas tantum cau-
fas ad fert *A. Vet. de benef. §. 6. & 7.* ex quibus Dominus cum Va-
sallo ad feudi amissionem agere possit, nempe: *si urbanus contra*
eum (Dominum) perfide egerit, aut urbem in necessitate non protegerit,
(protexerit volebat *A. dicere*) addit tertiam causam *I. F. Sax. c. 73.*
p. 249. & Ius F. Alem. c. 143. si castrensis contra castrensem agit, quod
ipsum de feudo suo castrensi calumnietur oder ob ein Bürger usf den
anderen clazet/ daß er Ime unrecht türge um sin Burg Lehen.
His tribus sub casibus omnes reliqui continentur, qui deinde spe-
ciatum enarrantur, e. g. si in subfeudum dederat feendum suum vr-
banum, & intra sex septimanas non reuocauerat, cum in hoc casu,
secundum ius commune amiserat feendum suum, vt ei nullum re-
uocationis tempus concederetur. *I. S. F. c. 72. p. 239. §. Leihat ev*
aber sein Burg Lehn hinweg. Alius casus occurrit apud *A. Vet.*
de benef. §. 9. & in I. F. S. c. 73. p. 251. si scil. Vasallus urbem dese-
rat, nec redditum intra sex septimanas paret, a decreto domini,
tunc feudo exiuit cum in aliis feidis anni spatium concessum sit
vid. §. 18. seq. Porro si in causa fractae ac demolitae vrbis sit, *arg.*
§. 10. A. Vet. de benef. & c. 73. p. 253. §. wird eine Burg mit Ge-
walt

walt zerbrochen ic. I. F. Sax. adde Spec. Sax. L. 2. art. 71. ob diffidationes iniustas, quibus dominum premit, aut denegationem fidelitatis. I. F. Al. c. 149. A. vet. de benef. §. 15. I. F. Sax. c. 77. p. 263. §. Ob der Mann dem Herrn absaget ic. alium casum lege in §. 8. Aut. Vet. de benef. Ceterum & dominus perdit dominum directum, si feuda Vasallorum inminuere vult. c. 72. p. 241. §. Der Herr mag auch seine Manne Lehen ic. I. F. Sax. Item si iniustis diffidationibus Vasallum obruit. A. Vet. de benef. §. 15. & I. F. Sax. c. 77. p. 263. §. Entsgaget auch der Herr den Mann ic.

§. XVI. Quoad iudicia obseruanda etiam quaedam sunt. Locus iudicii erat vrbs ipsa, vbi sub dio instituebatur ac finiebatur valuis apertis omnis processus, vid. A. Vet. de benef. §. 5. Moris enim olim erat vt omnia iudicia peragerentur Ioue aperto Lebm. Chron. Spir. L. 2. c. 30. in fin. & c. 31. Imo & regni curiae, Cocc. I. Publ. c. 3. scđt. 6. & 7. §. 88. seq. Et ante gliscerent religionem Christianam etiam templa locum iudicii praebebant, quod prohibuit deinde Carolus M. Lebm. c. 1. Hinc & in I. F. Sax. prohibitum est ius in coemeteriis dicere. c. 73. p. 249. Binnen gebundenen Tagen und in allen Städten, ohn in Kirchhöfen mag der König sein Lehn Recht wohl halten. Personae iudicium constituentes sunt iudices & adfessores. Iudex est dominus directus, Adfessores sunt ciues feuda urbana tenentes, ali Vasalli non admittuntur. A. Vet. de benef. §. 2. & 3. I. F. Sax. c. 72. p. 245. §. Er soll auch seinen Herrn Rechtens verhelfsen zu Burg-Lehen Recht mit Urtheil zu finden, aufs beste er kan & paulo post, es mag aber niemands gezeige seyn / noch Urtheil sprechen / er habe den Burg-Lehen von dem Herrn ic. Res in iudicium hocce deducendae sunt lites de feudo urbano, neutiquam de aliis feudis conf. §. 15. praecc. A. Vet. de benef. §. 4. & I. F. Sax. c. 72. p. 247. Also auch vor Burg-Lehen Gericht kan man auch keine andere Lehns-Sachen richten. Citatio debet fieri vel per ipsum dominum vel per eius nuntium oretenus. vid. I. F. Sax. c. 73. p. 251. Ob der Herr sein Bürger Tagedinget um dieser Schuld eine zu Burg-Recht / er selber / oder sein Sothe soll ihn kündigen das Tageding ihm selber ic. confer & Versionem latinam quam ex Goldasto exhibit Ludouici c. 39. §. 6. Testes sunt ciues feudum

urbangim habentes. A. V. de benef. §. 3. excepto domino contra Vasallum, & Vasallo contra Dominum & cognato contra cognatum I. F. Sax. c. 72. p. 249. Es mag auch niemand wegern ic. Diffidationes etiam licitae erant legitimo modo institutae inter dominum & Vasallum. I. F. Sax. c. 77. p. 293. & A. Ver. de benef. §. 16.

§. XVII. His expensis facilis negotio soluere possumus, quid sibi velint Feudorum compilatores phrasibus alias fatis obscuris. I. Semper iu Jure F. Sax. distinguuntur Feudum urbanum a Feudo recto. e. g. p. m. 243. sondern sie sollen es behalten als vor ihr rechte Lehen ic. p. 273. rechte Lehen und Burg-Lehen mag ein Mann mit einer Belehnung empfahlen / also daß er beyder Belehnung sonderliche Gezung habe seq. Hos textus uno eodemque modo explicare nefas est. Ultimus textus ita vult explicari, Vasallus in uno inuestiture actu & feudum urbanum, quod est (1) impro prium, (2) plebeium, (3) carens iure feudali communii, a) & feudum sex prioribus clypeis innexum, quod est (1) feudum proprium s. rectum (2) aut saltim nobile, (3) gaudens iure communii, possit accipere. Prior autem textus plane ab hoc sensu alienus est quod exinde patet, quia mox ex urbano fieri feendum rectum, & ex recto urbanum dicitur p. m. 253. absurdum autem esset ex feudo nobili fieri urbanum & vice versa, mutatis saltim locis, quibus haec feuda continentur; nec credibile est, vt Vasallus plebeius, mutato ita feudo suo, in acie comparere potuisset, nobilitate destitutus. b) Igitur textus hosce ita explico, vt feendum rectum ideo datur, quia non amplius tam angustis conditionibus sit circumscri ptum vt alias feuda urbana, sed vt alia seruitia praestare teneatur, a quibus plebeii non prohibentur, & vt iudicetur secundum ius feudale commune quatenus ad eum applicari possit. c)

a) Id quod patet ex speculo Sax. L. I. art. 3. Und als die Christenheit in der sie benden Welt keine bestrebene Zeit weßt, wie lange sie stehen soll, also weiß man auch nicht an den siebenden Schild, ob der Lehns oder Heerhilds recht haben mö ge. Isdem verbis & vitetur Ius F. Alem. c. 1. §. 2. addit tamen sequentia. Die Könige hant es also gesetz Wer (nüt) mit dem Siebenden Herrschile zu thunde habe der soll Lehns-Rechts darben. Ex quibus textibus sequentia probantur:

(1) Versionem latinam speculi Sax. plane alienam esse a sensu Auctoris, ita enim ibi legitur: Sicut autem de fine septimi seculi aetatis ecclesia est incerta: sic dubium est, hic existat nec ne. Nam neutiquam dubitat speculi Auctor an existat Clypeum septimum (absurdum alias spissat iura eius exponere in I. Feu-

Fendali, quia non entis nulla sunt praedicata) sed dubitas saltim an vnquam iisdem iuribus frui possit, quibus reliqua sex priora clypea, quod optime obseruat Schilter in versione I. F. Alem. & in Commentatio ad h. l. p. 40. seqq.

(2) Quod septimum Clypearum quidem existat ast non veatur iure communi sed speciali. Est autem mihi ius commune quo fruuntur clypea Sex priora, neutrquam autem Longobardicum, quod alias hoc nomine venit. Speciale vero, quod exponit A. Vet. de beneficiis sub rubrica feudi urbani, & I. S. F. a cap. 72.

(3) Quod si vocabulum: n*isi*, non sit irreptitium in iure feudali Alemanno, exinde probari possit, quod septimum clypeum plenarie reseratur inter clypea; Is autem saltim iure feudali caret, qui nullo clypeo fruatur. Ast si irreptitium est, tamen ex inde adparat, quod clypeum septimum saltim iure feudali communi, quod vocamus, destrutum sit.

b) Nisi eorum hypotheses sequi velis adfirmantium feuda nobilia, si a summa quādam potestate conferuntur, plebeium nobilitare. Ast ab illis dissentio. Nam si factum alicui tribuo, probare teneor 1) quod potuerit id facere, 2) quod etiam voluerit. Qui autem adserunt, summa a Maiestate, si feuda nobilia dentur, nobilitatem conferri, id exinde probant, quia ius nobilitandi habeat. Hac adserione nil nisi posse probarent, velle autem est adhuc in dubio. Regerunt: eo ipso dum feudum nobile dat, voluit nobilitatem dare. Respondeo diuersa sunt, feudum nobile dare & nobilitatem concedere, eo ipso dum feudum nobile dat, voluit id dare, amplius nil sequitur, ast quod etiam nobilitatem derit, non ex literis investiturum de nobili feudo probandum; sed ex literis specialioribus, causas nobilitatis continentibus, Adel. Brisken, firmandum; nobilitas enim est speciale Imperatoris beneficium. Et singas aduersariorum hypothesis veram esse, tamen nondum scrupulus omnis est sublatius circa ea quae in §. tractamus, remanet enim adhuc illud absurditatis, quod feudum nobile & non nobile aestimetur ex loco ubi sit situm. Confer omnino Schilteri Commentarium ad Jus Feud. Alemannicum ad rubricam §. 18. & 19.

¶) Nam yrbe demolita absurdum esset Vasallum adstringere ut ibi maneat, aut eam defendat, contra plura feloniae genera potest committere &c. sententiam hancce & confirmant ea, quae exhibentur sequenti §. 19.

§. XIX. II. Declarare possumus textum I. F. Sax. c. 72. p. m. 24. §. thut er es aber mit unrecht, so mögen die Manne ihr Lehen, die ihnen der Herr zu Schaden also aufgelassen hat, an den obersten Herren sinnen & vti loquitur I. F. Al. c. 136. §. 3. Kein Herre mag sein Mann-Lehn geniedern mit rechte. Textus hi loquuntur de casu ubi dominus Vasallorum feuda recta mutare vult in feuda urbana, dicit ideo auctor dominum Vasallos iniuria adficere, quia imminuere velit eorum feuda. Quaeritur igitur quae nam sit ista imminutio? Respondeo multiplex est, 1) quia feuda reliqua sunt propria, in sensu nimirum vario, exposito §. praec. feuda

feuda urbana sint impropria. 2) Feuda urbana non possint dari in subfeudum. 3) Absens amittat ea intra sex septimanas, reliqua autem intra spatium anni 1. F. Alem. c. 81. 82. seqq. 4) Ciuis semper in vrbe latitare teneatur, 5) In causis saltim urbanis esse testis possit. &c.

§ XIX. Tandem & III. adparet quid sequentia verba velint, quae in 1. F. Sax. c. 72. p. 224. leguntur. Vor ieglichen andern Lehn-Gericht, mag iederman wohl Urtheil sprechen/ und auch über den andern Gezeugen seyn/ der da rechte Lehen hat/ so er am Heerschild vollkommen/ Phrasis enim: so er am Heerschild vollkommen/ significat, quod non sufficiat vt possideat feudum rectum, sed vt insuper nobile sit, requiratur. Feuda igitur urbana nec non reliqua plebeia non esse perfecta, h. e. nobilia, textus nos edocet; Ratio; quia in plerisque a sanctione Iuris Feudalis communis recedunt, augustioribusque terminis continentur, vid. §. praece.

§. XX. Excusis, quae ad originem & naturam urbani feudi pertinent, dispiciendum est, cur ista feuda desierint, adeo, vt plerisque in locis nec vola nec vestigium super sit. Tres causas, in hoc studio princeps, Thomasius, allegat §. 44. de libri vet. de Benef. psu, in sel. Feudalibus. Nimurum 1) quia iam tempore compilatoris iuris Saxonici dubitatum non solum fuit, an septimus clypeus vtratur iure feudali, sed & in iure Feudali Sax. aperte sanctum est, quod clerici, mulieres, rustici & mercatores carere debeant iure feudali, i. e. quod nec feuda dare, nec accipere possint. 2) Quia antiquis temporibus in germania Masculi etiam in allodiis soli succedebant, & adeo ratione successionis parum intererat, vtrum bonum aliquod pro feudali an allodiali habeatur. 3) Quia successu temporis utilitas ciuitatum & augmentum commerciorum postularunt, vt ciuibus liceret aedes suas pleno iure in alios transferre, quae etiam allodiorum qualitas est, qua a feudis secerni solent. Ast pace viri illustris dictum sit, hasce rationes non probabiles, imo plane falsas esse. Quod enim ad primam rationem attinet, non dubitatum est an vtatur iure feudi aliquo septimus clypeus, sed dubium est, inquit compilator, vtrum in posterum eo iure gaudebit ac reliqui clypei sex priores, nec ne. Absurda enim fuisset dubitatio alias Auctoris Speculi Sax. & Jur. Feud. Aleman. si de omni iure dubitassent, & tamen aliquod deinde de feudis clypei septimi exposuerint

sent. *vid. & §. 17. not. a.* Quod autem ad *I. F. Al. c. i. §. 4. A. vet. de Benef. §. 4. &c.* attinet, vbi clerici, mulieres, Rustici, mercatores &c. a iure feudali arcentur, id saltim explicandum est de iure nobilium perfecto, vt explicat *Schilier in Com. I. F. Al. b. l.* nam si de omni iure intelligenda sint haecce, superuacanea fuisset dispositio de feudis vrbanis, quae mercatores & ciues accipiunt. Accedit quod textus etiam commodius ita explicari posit. In feudis eiusmodi homines regulariter non succedunt; ea autem originarie adquirere posse, nullibi prohibitum. *vid. §. 5. c. i. I. F. Al. §. 5. A. Vet. de benef. I. F. Sax. c. 2. &c.* adde & *Cocceii Hyp. I. F. tit. 4. §. 8.* Imo hodie omnis disputatio est inutilis, dum rustici & ciues feuda adquirant, hinc rationem Viri summi plane nil probare videmus. Non maioris ponderis membrum est alterum, vbi ex aequali in allodiis & feudis successione finera feudorum vrbanorum accersit. A vero enim 1) abest haecce thesis, magna omnino differentia inter feudi & allodiis successionem olim etiam cernebatur, in hoc equidem conueniunt, quod vtraque ad masculos solos transferatur, differunt autem: illa a dispositione vltimi defuncti non dependet, secus autem haecce, illa successorem, haec heredem efficit. Ille non tenetur aes alienum soluere, hic autem ad hocce onus subeundem adigitur. 2) Diu iam receptum erat Ius Romanum & successio in allodiis Romana, antequam feuda urbana probabiliter desierunt *vid. §. seq. membr. i.* Tertia Thomasii ratio perita est a mercaturaे utilitate. Ast ego nullam vtilitatem video posteaquam fratres & sorores aequales in hereditate partes faciunt, secus ac olim, & heredes tenentur aes alienum soluere &c. plura *vid. §. vlt.*

§. XXI. Quia igitur mox allatae rationes non adaequatae sat videntur, aliae probabiliores substituenda sunt. Dixi in §. 12. feudorum vrbanorum originem petendam esse ab intestinis bellis & dissipationibus olim consuetis, hinc probabile est, quod 1) posteaquam haecce bella cessarunt, etiam feuda eam in causam data, sensim sensimque deinde exoleuerint. Bella autem ista desierunt post publicatam, a Diuo Maximiliano I. pacem publicam. Accedebat 2) vsus & receptio Iuris Feudalis Longobardici in Germania, cuius amore adeo ducebantur nostri, vt iura patria obliuioni traderent, & peregrina vnice amplectenterentur, ista autem iura feuda urbana ignorabant.

rabant. Hinc 3) nata est magna apud Magistratus ignorantia, vt ne nomen urbani feudi illis cognitum esset, quia consuetudines germaniae feudales nec legerant, nec viderant. Et tandem 4) Magistratus ciucus colligebatur ex hominibus rudibus nullaque eruditione tinctis, hi saltim quod aequum illis videbatur arripiebant, nec patria, nec peregrina iura cognita habebant; olim equidem ante receptum Jus Romanum & Longobardicum, etiam magistratum gerere poterant, qui nunquam in studia incubuerant, quia quilibet ex plebe patria iura non scripta tenebat. Ast hodie dum alia rerum facies, omnino ciuitas vitio non caret, si imperiti luri sartores, futores, vini adusti caupones & alii eiusdem furfuris homines supremos magistratus fasces obtinent.

§. XXII. Ast quid detrimenti cepimus, obiiciet aliquis, feudi urbanis sublati? re, quae parum utilitatis adfert, facile carere possumus? Lustrabimus igitur quid detrimenti inde acceperit 1) Dominus directus & territorialis. 2) Ciues ipsi. Quanquam hodie diffinationes non metuendae, alia tamen bella neutiquam euitari semper possunt defensiua. Tenentur equidem ciues vt subditi, ad defensionem urbis, curatius tamen 1) formari possent in artibus bellicis tanquam Vafalli, quia neutiquam istas subterfugere possint, aut praefectis militiae se se opponere pertinaciter, vti hodie fieri adsolet, ob metuum feloniae. 2) Locupletiores haberet ciues, si feuda adhuc possiderent, quippe a quorum successione remouentur feminae. Nec tam negligenter res suas tractarent aut oppignorationibus, heluacionibus, venditionibus &c. bona dilapidarent, vt ad incitas redigerentur, ob feloniae metum 3) Domino aperirent feuda vel per mortem vel per feloniam 4) Dominus semper de bonis, moratis & diligentibus ciuilibus prospicere sibi posset in noua inuestitura, reliquos vt inutilia pondera excludere. 5) Pacis tempore ab illis exigeret adham, misis tamen tributis &c. Ex hisce facile colliguntur coimoda ciuium 1) semper haberent vnde suam sustentationem peterent, quia deuoluta ad illos hereditate, forores & creditores excluderent, qui saepenumero spem hereditatis interuertunt. 2) Gula abstinere cogerentur, quia Vafallis sine consensu Domini non satis tute pecunia creditur, hinc celsarent oppignorations & venditiones inconsideratae. 3) Citius ad aliorum hereditates peruenient, quia cognati & feminae excludentur, & cetera.

DISSE-

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

REO IN PROCESSU INQVISITORIO NON
CONVICTO IN EXPENSAS NON
CONDENMANDO.

HABITA IENAE 1727.

RESP. CHRISTLIEB STVRMIO, DVC. PRAEF. EISENB. ADVOC.

CAP. I.

DE

IVDICIO CRIMINALI IN GENERE.

§. I.

Liceat mihi, de materia quadam Processus inquisitorii disceptanti, pauca monere de Processu Criminali in genere. Quamquam enim levia sunt & satis nota; melioris tamen connexionis causa ea heic adponere iubabit. Dupli igitur modo peragitur Iudicium Criminale, vel inquisitorie vel accusatorie. Hic modus tractatur vel per Processum Accusatorium in specie sic dictum, vel per Bannitorum den Achts-Proces. Gribner. Princ. Proc. Lib. 2. cap. 10. §. 2. & 3.

§. II. Accusatorius in specie ita dictus vocatur, quando, obseruato procedendi ordinario modo, reus accusatur & poena criminalis Bannum non tangens, ab Accusatore expeditur, L. fin. C. de accus. & Ord. Crim. art. 89.

§. III. Quapropter Libellus solemnis, ordinaria & solemnis Litis Contestatio, Probatio, ac Reprobatio, & denique sententia requiruntur Gribner. Princ. Proc. d. 1.

§. IV. Quamquam olim variis solemnitatibus obseruatis instituebatur, quo pertinet Inscriptio ad aequale supplicium sustinendum, si delictum non probasset accusator, L. 7. ff. de accusat. & inscript. Nostris tamen moribus clara saltim atque perspicua facti commemoratio, descriptioque temporis patrati delicti requiritur, adnexo generali petitio poenae Dr. Mencken Tract. Synopt. Proc. disp. II. §. 3. sgg. &

52 DE REO IN PROCESSV INQVISIT. NON CONVICTO

Libellum vel in scriptis vel oretenus proponere, in arbitrio accusatoris est *Ord. Crim. art. 89. & L. 6. ff. de accus.*

§. V. Infrequens autem hodie instituitur Processus Accusatorius, ob difficillimum onus probandi & periculum restitendarum expensarum *B. Stryk. Introd. ad Prax. for. cap. 1. §. 10.* Omni itaque Studio ad laborant, qui crimen inultum esse nolunt, ut animo denunciandi neutiquam vero accusandi delicta patefaciant iudici. Hac lucrantur Cau-tela id, ne incident in poenam accusatoris, & potius iudicem adigant criminalem, ut vi officii inquirat, sumtusque eroget necessarios.

§. VI. Processus autem Bannitorius *der Achts. Proces* dicitur, qui ad poenam Banni, contra delinquentem atque contumaciter emanentem vel fugitiuum praecipue istituitur. *Recess. Imp. de anno 1645. S. 36. Aur. Bull. cap. 14.*

§. VII. Diuiditur in Bannum Imperiale & Prouinciale, per istud in toto imperio indignus declaratur iuribus ac adquisitis bonis, hoc autem certi territorii Jura *& ibi sita bona adimit*, quo pertinet Bannum Saxonum, quod iterum est vel Superius vel Inferius *Dn. Berger oeon. Jur. Lib. 4. Tit. 33. tb. 2. Dec. Elec. Sax. Nou. 77.*

§. VIII. Instituitur quoque, ad petita vel Accusatoris vel Procuratoris Fisci, coram competente Judge.

§. IX. Ab his differt Processus Inquisitorius, qui subsidiarius est, & instituitur toties quoties cessat Accusator, qui crimen Accusatorio Processu persequi gestiat *Dn. Mencken Tr. Synopt. Proc. Disp. II. §. 9.* Inde

CAP. II.

DE

JUDICIO INQVISITORIO IN SPECIE ET DE REO IN
PROCESSV INQVISITORIO NON CONVICTO IN EX-
PENSAS NON CONDEMNANDO.

§. I.

IN vsv fuit non solum Processus Inquisitorius ante Constitutionem Criminalem Imperatoris Caroli V. teste *L. i. C. de Custod. reorum. L. 13. ff. de officio praefid. & cap. 24. X. de accus.* Sed & in Constitutione Criminali ipsa expressis verbis adprobatur *art. 219. in medio & art. 214. per verba; Wo der Beschädigt nicht peinlich klagen wollte;* so

so soll dennoch die Oberkeit den Thäter nichts desto weniger von Anmits wegen rechtfertigen/ und nach Gelegenheit der Person/ und Überfahrung straffen lassen. Hunc Processum & in foris Saxonicis locum inuenisse, probatur ex Resol. Grau. Elect. de anno 1609. §. 5. nec non Ord. Prov. de anno 1555. Tit. von Untkosten der peinlichen Rechtfertigung.

§. II. Est itaque Processus Inquisitorius, quando iudex vel ad instantiam denunciantis, vel propter rumorem, qui percrebuit, firmum, in delictorum grauitatem, veritatem, & auctores, absque Processus solemnitate inquiret, & ex officio penas iniungit, ne delicta maneat impunita. *Carpzov. Inqu. und Achts-Procesß praelim. p. m. 2.*

§. III. Suscipitur igitur Processus Inquisitorius vel ob Denunciationem, quae in vernacula **die Rüge** dicitur, ubi iudex ad inquirendum imploratur, vel ex officii potestate ob famam, quae manauit, haud obscurat.

§. IV. Istae denunciationes fiunt vel voluntarie, vel necessarie. Illae a quolibet ex populo, cui, ne impune maxima delicta dilabantur, cordi est, suscipiuntur. Hae a necessario Denunciatore, cui hoc munus a summa potestate iniunctum, vocaturque **der geschwörne Rüge-Meister**, peraguntur.

§. V. In omnibus hisce Inquisitionibus sumptus necessarios subministrat Fiscus, vsque dum inquisitus aut executioni demandatur aut absoluitur.

§. VI. Demandatus Inquisitus executioni aut inops est aut diues. Si aere non indiget, ex bonis Inquisiti restituuntur expensae Fisco, quando poena arbitraria punitur *Carpzov. Inqu. und Achts-Procesß Tit. 14. art. 1. §. 4.* In mortis autem supplicio & Corporis adficiuia poena, so auf Leib und Leben gehet / a restitutione expensarum est immunis, quae thesis souetur praesertim in Saxonia per *Gloss. Germ. in art. 34. Lib. 2. Land-Recht n. 4. ibid. Mit dem Todte wettet man zugleich dem Richter/ und büsstet dem Kläger.* Cum qua Glossa conuenit *Carpzov. Part. 3. qu. 138. n. 2.* Hanc sententiam valde Juri Ciuiili communi contrariam esse, scite ostendit *Anton. Matth. 48. de criminibus Tit. 15. c. 4.* Et *B. Lynker Discept. for. Cent. 4. resol. 359.*

§. VII. Sin vero inopia laborat, distinguendum: aut tali inopia
G 3 labo-

§4 DE REO IN PROCESSU INQUISIT. NON CONVICTO

laborat, ut bona eius vix quantitatem 50. Florenorum attingant, aut
hanc quantitatem exsuperant.

§. VIII. Priori in casu receptissima est opinio, si iureiurando adsertio confirmauerit paupertatem, Fiscus expensas subministrare teneatur *Carpzou. Inqu. und Achtes Proces. Tit. 14. art. 2. §. 2.* & fundata est in *Ord. Proc. Sax. Rec. Tit. 1. §. 14.* & *Ord. Proc. Altenb. Part. 1. c. 3. §. 4.* in fine: *Die Armen/ wenn sie eydlich erhärteten/ daß sie in allen Vermögen nicht 50. fl. haben/ oder so viel/ daß sie davon einen Advocaten in ihrer gegenwärtigen Sache halten können/ die Advocaten umbsonst/ umb Gottes und der Gerechtigkeit willen/ bedienet seyn sollen. Massen denn auch in solchen Fall der Richter keine Gebühr fordern solle, &c.*

§ IX. At vero commodo Fisci succurrendum esse existimo, hac limitatione obliterata. Quodsi inopia iuramento quidem comprobata est, inquisitum tamen non ab omni restitutione immunem esse, putarim, si inquisitioni caussam dederit, quamquam Beneficio Defensionis innocentiam suam obtinuit; Sed sumptus 1) alimentorum & 2) defensionis ad minimum restituere debere, quia hi sumptus ad sustentationem vitae atque honoris eius erogati, & ex eius bonis sumi possunt, quoniam v. c. triginta vel quadraginta floreni sufficiunt, ne incarcерatio datum adferat Fisco, qui neutiquam saluti propriae sed publicae inferuit. Hae expensae ob urgentes caussas, inter quas refero iniuriam fortunae, quae arbitrio solum Superioris relinquuntur, supplicanti ex mera gratia a Superiori remittuntur.

§. X. Posteriori casu, si 50. Florenorum numerum bona, tam immobilia, quam mobilia, excedunt, ad restitutionem expensarum non solum judicialium, sed & extrajudicialium adstringitur.)

*) Cautelae instar hoc loco familia Inquisiti obseruet, vi Vxor se in posterum mariti fortunam utramque secuturam neger: Sie wolle ihm nicht vor ihren Mann halten, sed dotem; & liberi bona paterna aut materna primi matrimonii, repetant.

§. XI. E contrario, inquisito absoluto, quaestio occurrit, an absolutione ideo facta, quod iudex vel iniuste incarcerauerit & omnem operam in inquirendo perdididerit propter insufficientem caussam inquisitionis, an indicia Advocatus, reum defendens, scite exploserit, ne poenae locus detur.

§. XII.

§. XII. Iniuste autem imperat iudex in carcerem condici. Inquitum vel ex officio ob rumorem, vel ad petitum Denunciatoris. Si itaque officio abusus est index, & iniuste in carcerem coniecit reum indicis non sufficientibus, damna, interesse, expensasque in carcerem inclusa factas resarcire debet, & actio iniuriarum * contra iudicem potest institui, atque in Saxonia emenda Sachsen-Busse/ quae ex vulgari opinione, ** per singulos dies naturales Tag und Nacht/ 30. solidorum hoc est 2. Also. dicitur. Heil. Iud. & Def. in Proc. In- quisit. cap. 2. §. 4. Weichbild. Sax. art. 17. §. 5. Neque officio se tueri potest, contra quod deliquit arg. L. 7. §. 7. ff. pro emto.

* Jure meritoque actionem iniuriarum huic locum habere statuo, ob expressam sanctionem L. 31. de Iniuriis, vbi Magistratus iniuriis aliquid facere prohibentur, & id faciunt vel quasi privati vel fiducia magistratus, actione iniuriarum conueniri posse decernitur. Hanc opinionem meam tetur & Lauterbach. in Compendio Pandectarum p. m. 664. nec non Huber in Prael. Pandett. b. l. qui tamen in singulas personas facilius eam concedit, quam in Collegia. Aliud venit in mentem Carpzonio P. 3. qu. trim. LXI. n. 69. vbi hanc opinionem refellere admittitur sequentibus argumentis: Quod is, qui Jure publ. vtatur, non videatur iniuriac faciendae causa hoc facere, Iuris enim executionem non habere iniuriam, & quae iure potestatis a Magistrata fierent, ad iniuriarum actionem non pertinere, allegat pro stabilienda hac opinione L. 13. §. 1. & 6. ff. de Iniuriis & L. 33. eod. Ast procul dubio duplici modo lapsa est Carpzonius. Nam primo quae ab illo proferuntur rationes nec non LL. pro fundamento habent iustas Magistratus actiones, adeo ut sine facto ciuromodi iustitia administrari haud potuisse. c. gr. Si a contumacibus pignora capit, coactos listori tradit aut carnifici &c, eiusmodi facta nullas iniurias inferunt. Et ita explicari velle leges, probatur facillime, nam hoc volunt verba L. 13. §. 1. Iuris executio non habet iniuriam, Exempla adduntur §. 2. Quod ad §. 6. attinet, expressis verbis de iure potestatis magistratus loquitur. L. 33. dicit: Quod secundum bonos mores sit, etiam si ad contumeliam alterius pertineat, tamen iniuriarum actionem institui non posse. Ast si iniuste & contra bonos mores aliquid suscipit, omnino actio iniuriarum loquitur, vti patet ex Responso apud Huberum c. l. adlato. Deinde & in hoc errat, quod iudicem teneri de Syndicatu affirmat, cum tamen, si magistratus vi officii procedit, nulla actione conueniri possit, sive autem corruptus iudex prece vel pretio male iudicavit de Syndicatu tenetur Stru. Synt. Jur. Ciuit. Exerc. go. L. 49. Tit. 13. §. 30.

** Dixi notanter ex vulgari opinione, quae pro fundamento habet Glostam B. ad art. 34. L. 2. Spec. Sax. ast si euoluis Lib. 3. art. 45. vides, emendam non peraeque omnibus conuenire, alii enim vel nullam vel exiguum accipiunt, quod insipientibus hunc articulum facile patesceret. Interim tamen ne lectori remo-
gas iniiciam, sed desiderio eius satisfaciam, in compendio dictum articulum ex-
hibeo.

56 DE REO IN PROCESSV INQVISIT. NON CONVICTO

hibes. I. Principes, Barones & munieris Scabinalis capaces, Schuppenbar Freye, emendae loco 20. solidos accipiunt, hac tamen distinctione, ut priores monetam auream, posteriores saltim argenteam accipiunt. II. Quaelibet uxore accipiat dimidiam partem emendae mariti. III. Quaelibet virgo & innupta etiam vidua dimidiam emendae patris accipit. IV. Censuales seu Coloni Bauer-Gulden; nec non alii liberi homines immobilibus destituti, quindecim solidos habent. V. Viginti solidos & sex nummos cum quadrante accipiunt Latini, zwanzig Schillinge, Sechs Pfennig und ein Helsing ist der Lassen Busse. VI. Deditiorum der Tagwerker emenda consistit in duabus chirothecis ex lana confectis, nec non tridente, quo simus tollitur. VII. Clericorum liberis, & illegitime prognatis soluitur cursus foeno in tantum operatus, in quantum a duobus bobus anniculae aetatis vehi potest. VIII. Histriónibus Spielleuthen & qui se in seruitutem addixerunt emenda datur umbra viri. IX. Pugilibus eorumque filiis emenda loco datur fulgor, quem sol ex clypeo pugillati elicit. X. Duac virgæ & forpex datur illis, qui furando aut spoliando iuri derogant suo.

§. XIII. Ad petitum Delatoris si vinculis datur, distinguendum, an Denuncians sit iuratus *der Rüge-Meister* an vero Spontaneus, ad denunciandum neutiquam constitutus?

§. XIV. Praesumtio pro Delatore iterato *der Rüge-Meister*, militat, si denunciat iudici delicta commissa, malitiosam non fuisse delationem. *B. Lyncker Discept. for. Cent. 7. ref. 657. L. 2. de delat.* Quam ob rem expensae ex bonis absoluti si sufficiunt §. 8. & 9. restituuntur, si inquisitioni caussam dedit. *Heil. Iud. & Def. in Proc. Inqu. c. 8. §. 6.* Sin autem non sufficiunt, ob paupertatem absoluti ex aerario publico, dicto modo §. 8. & 9. cit. desumuntur.

§. XV. Cauta itaque procedat iudex, secumque ponderet sedulo, vtrum indicia adlata eiusmodi momentum habeant, ut processus Inquisitorius contra culpatum possit institui, nec ne. Nam si iuratus Denunciator, *der Rüge-Meister* insufficientes rationes custodiae decernendae adfert, & iudex nihilominus eam praeципiti adfectu decernit, sumtu ab eiusmodi iudice refunduntur, nec non poenae § 12. c. 2. reus aëstimatur. Hi Delatores iurati tantummodo sunt instrumenta, quibus delictorum notitiam iudex sibi comparare solet. Hinc non delatoris, sed iudicis est iudicare, quantum ponderis habent indicia denunciata. Immo absurdum esset illum punire, qui ad detegenda, non autem punienda aut ponderanda crimina est constitutus. Et quis quaeso, Denunciatoris iurati munus ambiret, rebus aliter se habentibus?

§. XVI.

§. XVI. Quod ad Spontaneum Delatorem attinet, beneficiis iurati neutiquam frui potest, quippe qui praesumptione nulla fulcitur, sed intentio ac persona eius vnicce consideratur, nec absoluto delato, ab expensis & dannis restituendis, est immunis.

§. XVII. Pro Delatore quidem infami habendum esse nemRat.
nem putant, amore enim Reipublicae ductus, nomen ac delicta rei 1.
aperuit iudici *L. 4. C. de delat.* Accedit, istos spontaneos delatores 2.
semper animo denunciandi, neutiquam vero accusandi, delicta iu-
dici criminali, referre, quo felicius commodis processus inquisitorii
fruantur. Caussa autem in iudicium deducta animo denunciandi, 3.
praesumptione animi excludit iniuriandi, & vbi cessat animus, ibi
actio iniuriarum *L. 3. ff. de iniur. & §. 1. Inst. eod.* Delictum delatum 4.
interdum etiam adeo leuidense, vt depreciatione tota controuersia
mota possit dissolui *Carpzou. qu. 106. n. 57. Conf. Crim. art. 12. cc. fin.*
Quin immo consuetudo ista, quae in vsu, temporibus antiquis fuit, 5.
vt, absoluто reo, aequali poena plecteretur falsus accusator, & nisi
dignitas obstatet, eidem carceri manciparetur, hodie exoleuit, *L. 1.*
ff. de Custod. rerum L. vlt. C. de accus. L. vlt. C. de calumn. Quare
magis absoluendus esse delator, quam condemnandus in poenam Rat.
antea dictam §. 16. videtur. Ast quia praesumptiones per contrarias Decid.
eliduntur facillime, inspicienda sunt circumstantiae & persona de- 1.
nunciantis. Nam si nullum eiusmodi delictum patratum, cuius
reum aduersat, quod Practici *Corpus Delicti non adesse*, dicunt, aut
probationes deficiunt, quia famae incertae credidit, facile persuasus
sum, eum non ex amore erga Rempublicam haecce proferre, sed
calumniandi animo ob inimicitias aut aemulationes, aut quia scit iu-
dicem reo non bene cupere, sed iracundia aestuare, hinc eum pal-
pare desiderat & prohibito modo gratiam iudicis aucupari. Prote- 2.
ftationes denunciantium adiectae tantum id efficiunt, vt immunis
sit Denunciator a probatione, neutiquam autem ad id profunt, vt 3.
a Denunciatore deuolunt iniuriandi animum; quia protestationes
facto contrariae nihil efficiunt. Nec leuitas Delicti, malitiam dela- 4.
toris tollit. Nec sublata poena talionis, omnis poena cessat, sed ar- 5.
bitraria locum inuenit, secundum *Brunnem. ad L. vlt. C. de Calumn.*
Itaque omnino firmissime concludendum: Ne Delatores, haud ignor-
antes, ab omni poena se immunes esse, conuolent, bonosque vi-

58 DE REO IN PROCESSU INQVISIT. NON CONVICTO

ros, quibus famam inuident, delicti reos faciant, iudicesque adigant, vt Inquisitionem instituant euentu infelicem, quae aerarum exauriat publicum, famae adferat detrimentum inculpati, aliaque damna inferat, vt Iniuriarum actione conueniri ab illis, quos falso adeusarunt, nec non cogi possit ad omnia damna atque expensas resarcendi. *Dambouh. Prax. Crim. c. 6. n. 8. Carpzou. qu. 106. n 53. sgg.* Nam Denuncians spontaneus tali fauore, quo iuratus, haud fruittur. *B. Lyncker Discept. for. Resp. 359.* nec ab expensis, actioneque iniuriarum est immunis, vti Responso confirmat *B. Lyncker Resol. 657.* So ist Denunciat/ Denuncianten Iniuriarum zu belangen / und wegen des veruhr- sachten Schimpfs / Schaden und Untosten / Satisfaction, auch dass Er hierüber andern zum Exempel bestrafft werden möge / zu suchen wohl befugt ic. Immo insuper eadem poena, qua iudex iniuste incacerans, est plectendus *Carpzou. Part. 3. qu. III. n. 76. vid.* & § 12. cap. 2. dissertationis.

§. XVIII. His praemissis Sententia haud tolerari potest, quae reum absoluit, & tamen in expensas condemnat sequentem in modum: Dass zur Zeit und in Ermanglung stärkerer Anzeigungen/ wieder ermeldeten Inquisiten N.N. weiter nichts vorzunehmen/ Er ist aber nichts desto weniger/ die in dieser Sachen aufgelauffene Untosten abzutragen schuldig ic. Obiicis, maximum incommodum iurisdictionis esse subministrationem expensarum in hisce processibus; Hinc omni Studio in id entendum, vt incomoda subleventur Jurisdictionis? Respondeo, ita quidem est, vt a Jurisdictione incomoda quois modo, quantum fieri potest, sint deuoluenda, ast exinde non sequitur, vt innocens hisce incommodis onerari debeat. Sed ex praedictis nunc satis patet, vnde expensae petendae: Nam si spontaneus Delator est, ab eo repetendae tanquam a calumniatore dicto modo §. praec. & istuc quadrat axioma iuris: Actore non probante, absolutur reus L. 79. ff. de iudiciis & L. 13. §. 6. C. eod. Quodsi autem iuratus Denunciator crimen detegit, aut Judex pro munera sui ratione in Delicta inquirit, in vtroque casu, aut causam dedit inculpatus Inquisitioni, aut non dedit. Si dedit & causae erant idoneae ad Inquisitionem instituendam, tunc sententia absolutus in expensas, omnino condemnatur, ast si causae erunt nullius momenti, vel plane nullae aderant, tunc etiam ab expensis liberandus est perperam

in-

inculpatus vid. §. 12. & 13. Maxime iniquitatis effet absoluere aliquem a delicto; attamen in expensas condemnare. Restitutio enim expensarum instar poenae est, Thoenneck. Adu. prud. in foro crim. cap. 16. n. 5. p. m. 193. Poena autem locum non inuenit, vbi nullum delictum. Contra celeberrimus Practicus Thoenneckerus intrepide statuit, eum, qui pure absolutus sit, minime in expensas condemnari posse cap. 16. n. 18. cit. loc. Cui adsero suffragari videtur Carpzou. qu. 138. n. 3. Quare minime Brunnemanno calculum addo, qui in Form. ordinari. Crim. Process. Inquis. cap. II. dicit: *Inquisitum, non obstante absolutione, ad expensas obligari, si vitae improbitate, peruersisque moribus ac gestibus inquisitio, ai caussim dederit.* Nam Inquisitio maiora requirit indicia, & generali hac adassertione non fulcitur, quia, qui in hac vel illa re malus, etiam in alia statim talis non intelligitur. Idcirco Responsa ista, quae exhibet Carponius qu. 138. n. 3. & B. Lyncker Discept. for. resol. 359. & ego adprobo. Interim quodlibet Collegium suis Consuetudinibus vtatur.

§. XIX. Facillime ex antea dictis colligi potest, quem usum praestet clausula Denunciationibus adjecta: Denunciatorem yelle haec omnia proponere, non accusandi, sed denunciandi animo. Haec Clauſula inquam non tantum efficit, quantum vulgo creditur. Liberat equidem Denunciatorem a solemitatibus Processus accusatorii cap. i. §. 4. & 5. descriptis, ast quod ad expensas attinet, distinguo secundum methodum aliquoties adhibitam, scil. aut Denunciatio est iusta, aut non, si iusta, Clauſula adhibita etiam quoad expensas id efficit, vt, si delictum omni ex parte constet, expensarum refusio non ad Delatorem pertineat, sed ad condemnatum. Sin autem iniusta, adeo, vt incarceratus absoluatur, nullo modo clausula dicta Denunciatorem tueri potest contra expensarum restitutionem in Processum Inquisitorum ex aerario publico interim erogatarum, sed vt friuolus & calumniosus Delator istas refundere tenetur.

§. XX. Coronidis loco pauca adhuc monebo, imprimis ea, contra quae plerumque iudices peccant. Primo ne iudices in instituendo processu inquisitorio tam faciles sint, auctor illis sum, quia haec honestorum virorum famam & existimationem laedit Thoennick. adu. prud. in foro crim. cap. 9. abiiciant igitur omne odium, & circumstantias adcurate ponderent, vtrum delicta & probatio adfit, an non. Nam si praecipitanter ad inquirendum prorumpunt, & furibundi ac ira incensi adgrediuntur personas reorum, laedunt non solum conscientiam, sed &

famam boni uiri, quae vnicē iudicibus conuenit, & in poenam incur-
runt supra §. 12. c. 2. enarratam.

§. XXI. Deinde vulgarem, absonam tamen, Cautelam obseruant
iudices, si scil. Denuncians spontaneus delictum quoddam aperuit iu-
dici, iuramento confirmare adigitur, quae protulit, er muss seine Rüge
beschwehren/ quo id efficere volunt, vt testimonium semiplenum ha-
beant, & ad Inquisitionem, immo quaestione facilius procedere pos-
sint. Nam depositio vnius Testis suspicionem delicti procreat, ~~Es~~
~~macht einen redlichen Verdacht~~ Ord. Crim. art. 30. Quia Cautela du-
plici modo peccant, I. efficiunt, vt ex Denunciatore fiat testis, inimici-
nis igitur est per hocce factum ab expensis & poenis malitiosi Denun-
ciatoris Thoenick. cap. 9. adu. prud. in for. crim. Quod si per calumniam
denunciatus, innocens praedicatur in sententia, vnde sumenda expen-
sa Inquisitionis? Ab innocentē incarcerato? Hocce maximam iniqui-
tatem spiraret, an ex Fisco? Hocce absōnum, quia Fiscus puniretur ob
oscitantiam iudicis, quid restat? An a Denunciatore? Neutquam, hic est
testis, testes autem ab omnibus oneribus sunt liberi. Igitur omnino
a iudice incaute procedente sunt repetendae, secundum §. 12. c. 2. II. in
eo peccant, vt toties periurii ansam praebeant, quoties Denunciatores
ira incensos & luore marcescentes ad iurandum adigunt, nam saepe
numero ex hisce fontibus Denunciatio promanat, adeo, ut saepius ex
eiusmodi Denunciatoribus audiuerim sequentia: *Wenn ich iegö
schwähren solte/ so thäte ich es nicht.* Nonne hocce est signum con-
scientiae inquietae ex periurio prouenientis.

§. XXII. Melior longe eorum est Cautela, qui antequam ad inqui-
tionem prorūnunt, Collegii alicuius JCtorum Responsum desiderant,
& sic tutissima incedere via adsolent *Carpzon. qu. III. n. 77.* Nam si indi-
cia alicuius momenti esse creduntur incarceratus impensas restituat,
sin minus, ab inquisitione abstinent.

§. XXIII. Haec sunt pauca ista, quae Speciminis Academicī loco
benignae Censurae Tuae, LECTOR BENEVOLE, subiicio. Quo fine hoc
factum sit, flagrantī cupiditate sciendi respondeo, duplīcem esse, prior-
rem, vt praeiudicia quaedam inueterata remoueam, alterum, vt satis-
faciam Mandato Elect. Sax. *Wegen der Advoacaten* de anno 1723. noui-
ter edito, cum iam tum in foris versarer. Faueas interim velim mihi,
meisque laboribus, tunc Dissertationi exoptatus continget Finis.

HOB-

200 61 1804

HOBESIVS SOCIALIS

HOC EST

DE

GENVINO PRINCIPIO IURIS NATURALIS HOBESII DISSERTATIO

JENAE HABITA 1724.

RESP. IO. FRIDERIC. GRAEFIO, TREPPENDORFIO-THVRING.

CAP. I.

DE FINE DISSERTATIONIS.

§. I.

MOrum disciplina, triplicem, quo voluntatem, libera-
ram animae facultatem, dirigit, nobis exponit or-
dinem. Normam etenim habet homo vel Neces-
riam, vel Arbitrariam. Ex priori oriuntur actio-
nes, quae si externe solum cum norma contieni-
unt, Justae, sin etiam interne, Honestae. Ex posteriore norma, quam
Arbitrariam diximus, promanant actiones Consultae, quia Consilio
plerumque reguntur. ^{a)}

^{a)} vid. Celeb. Syribus in Phil. prim. c. 6. §. 43.

§. II. Hos inter ordines, qui regulas Honesti atque Consulti nos
edocent, disputationum aculeos perpessi sunt grauissimos, multa ta-
men grauiores, qui regulas Justi nobis aperit.

§. III. Quot etenim modis quaesitum est, an existat Jus Naturae?
a) An sit immutabile? b) An bruta habeant? c) An differat a Jure Gentium? d) An certum habeat principium, & quodnam sit? e) Qui ultimam hanc mouent quaestionem, plerumque solliciti sunt, de primo huius disciplinae principio cognoscendi. Nam essendi primum principium, Dei voluntatem, omnes ferme agnoscunt f) secundarium sanam ra-
tionem.

^{a)} vid. Grot. Prol. de I. B. & P. §. 3. 4. 5. scqq.

^{b)} id. Lib. 1. c. 1. §. 10. n. 5. Hob. Lev. c. 26. p. m. 133. hi statunt recte immutabilitatem,

^{c)} Grot. L. c. §. 11. Ant. Merenda L. 2. Controv. c. 1. n. 12. scqq.

^{d)} Pragemann. in Jurispr. Nat. Ex. 2. §. 38. scqq.

e) *Id. in tota Ex. III.*

f) *Exceptis tamen scholasticis, & qui eos sequuntur, moralitatem aliquam intrinsecam seu obiectivam nobis persuadentibus, quorum tamen tricas exposuit, simulque solide pro more explosis Cel. Syrb. in phil. prim. c. 6. §. 39. Obiicis, Ex moralitate obiectiva etiam athei bonum & malum cognoscunt. R. neutiquam nam quae disciplina summum bonum nescit, necit etiam mecia ad illud producentia, quae bona subordinata sunt. 2) Atheus de industria contra I. N. agit, frustra igitur est, qui moralitatem aliquam illi proponere, aut attribuere vult, nam ubi nulla est norma, ibi etiam nulla relatio ad normam, quae est moralitas. Hanc obiectio- nem mouit Tolandus in Adecidacmone p. 71.*

§. IV. In vario hoc discriminine, multi aemulationis & ambitionis, multi tamen & veritatis amore excitati, crenas arripiuere, & regulas I. Nlis in concatenata serie proponere adnixi sunt, multi a Janua pror- fusi aberrarunt, pauci rem acu tetigere. Hobbesius aut ex aemulatio- ne aut ex veritatis amore, aut in favorem Regis sui, qui tunc tempo- ris ob seditionem populum ad angustias erat redactus, a) ad scriben- dum se etiam adpulit. Libri, qui I. Nlis praecepta proponunt de Ciue alter, alter *Leviaibn* vocatur ab ipso, qui in partes quatuor distingui- tur, quarum primam *de homine* vocat, quia ibi leges exponit, quae obligant hominem in statu naturali viventem, secundam vocat *de Ciu- itate*, quia ibi considerat hominem, ut Ciuem. b) Tertiam adpellat *de Ci- uitate Christiana*, quartam *de regno tenebrarum*. Et priores huins libri partes, basis nostrae dissertationis voluimus, ne quis horrendo sub nomine, mera latitare horrenda, credat.

a) vid. Append. ad *Leu. c. III.* p. 359. Rex Anglorum Carolus I. Auctore Archiepi- scopo Cantuariensi, Laudo, nouam Liturgiam, diversam ab Anglicana, &c ad missale Romanum accommodatam a Scottis recipi solebat. Hinc 1639. & 1640. variis tumultus. vid. Petav. m. temp. p. 1. Append. c. 2. p. m. 441. edit. Lugd. batu. 1710.

b) *Leu. c. 26. p. 128.*

§. V. Multa in his libris a multis desiderantur, communem tamen offensionem, Bellum omnium inter omnes praebuit plurimis. Quod ali pro fundamento doctrinae eius, alii pro principio venditarunt, quod cum vtrumque mihi falsum videretur, consilium sumsi, mon- strandi, verum eius fundamentum doctrinae moralis esse, voluntate humanam, quod conuenit cum aliorum desiderio, principium autem: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Id quod etiam cum aliorum socialitate amice conspirat, & ab illustri Thomasio in F.I. N. & G. defenditur, nec non ab antiquissimis scriptoribus laudatur. a)

a) Ita

* Ita enim alloquitur Augustum Agrippa, apud Dio. Caff. L. 52 p. 492. edit. Leoni-
clavii Hanon, 1606. ἐν δὲ τῷ εἰπεὶ Φαλαίῳ καὶ πάτερ τῶν εἰργμέων, καὶ
κατὰ τῶν λοιπῶν Θράσων γαρ σὸν αὐτὸν ἔτερον τινὰ αρεξάντα σὺ
ποιεῖ ἐθελήσης, ταῦτα αὐτὸς ἀυτεπάγγυετο πράσσοντος, εὑτε τὸ
ἀμφιρρήσης, καὶ πάντα κατορθώσας καὶ τέττα καὶ ἡδία, καὶ ἀκ-
δινότατα βίεσσῃ. Vnum dicam, quod caput est, & summa omnium eorum,
quae vel dicta sunt, vel dicenda restant. Si haec tua sponte omnia egeris, quae
velles alium in te imperium habentem agere; nulla in te peccabis, omnia pro-
spere conficies, viramque exinde & suauissimam & tutissimam duces.

§ VI. Ceterum multa in hac dissertatione reperiuntur, quae so-
lummodo ad corroborandam meam opinionem adduxi ex Hobbe-
sio. Hinc in tantum adscripti, quae etiam absurde interdum posuit, in quantum eius mentem clariorem reddunt.

CAP. II.

BELLVM OMNIVM ADVERSVS OMNES,
FALSE PRO PRINCIPIO ET FUNDAMENTO
HOBBESII VENDITATVM.

§. I.

INueteratum morbum igitur, communeque praeiudicium, quod al-
tas iam radices egit, ex mente hominum extirpare, mihi in praes-
enti non sumo, sed solummodo meditationes meas cum aliis com-
munico, saluo cuiuslibet iudicio. Hinc pensanti mihi Hobbesianam
Philosophiam, cognoui, eum quidem statum naturalem depingere
bellicosum, sed semper adiicere & demonstrare, id non promanare
ex principio recto, sed per accidens, & ex principio, quod ex iudicio
adfectuum turbine abrepto, profluxum sit. Quare bellum omnium
contra omnes, consequens est Hobbesio male & secundum cu-
piditates prauas ratiocinantium. a)

a) vid. Leu. c. 11. p. 50. ubi haec verba: *Dixitiarum, Honorum, Imperii vel poten-
tiae cuiuscunque CUPIDITAS, (si operationes voluntatis vehementius se exterere
solent, cupiditas vocatur & est forma adfectuum omnium s. ἴδιον πάθος) de-
sponti hominem ad Contentionem, Inimicitias & Bellum.* item Leu. c. 17. p. 83.
Leges, inquit, naturae (vt Jusititia, Aequitas, &c.) Et uno verbo facere aliis,
*quod fieri vellimus nobis, absque metu potentiae coactiue, PASSIONIBVS natu-
ralibus (quaes sunt Ira, superbia, CUPIDITASQVE OMNIS) contrariae sunt.*

Scu.

Sententiam suam repetit c. 28. p. 150. Hoc tenus inquit, de natura hominis, quem superbia aliaeque PASSIONES SVAE ad submittendum se regimini alicui compulerunt. Nam c. 17. p. 83. dixerat, quod conditio belli libertati naturali, (PROPTER PASSIONES HUMANAS) necessario adhaereat. Et Leu. c. 11. p. 53. In doctrina hac (loquitur de Geometria) quaenam sit veritas, (quia nullius ambitionem, lucrum aut CVPIDINEM impedit) pauci curant. Ex hisce omnibus videmus, quod bellum non ex fana ratione promanet, sed ex ratiocinatione, passionibus obcaecata. Nam male si infertur; hoc promovet ambitionem, ergo querendum etiam cum alterius damno, quod datur per bellum. Hobbesii mens conuenit cum Ciceronis de Fin. c. 13. nec non Plutarchi in Stoic. contraria, a Grotio cum multis aliis adlegati L. I. de I. B. & P. c. 2. §. 8. n. 16. Nec aliter sentit B. Lutherus, dum resticis seditionis in Suevia conatum peruersum obiicit & reprehendit, vid. Sleidan. de stat. rel. & reipubl. L. 5. p. m. 77. & sqq. edit. Vignon. 1573.

§. II. Immo Hobbesius, bellum non solum ex peruersa ratione oriri dicit, sed & omittam nec adhibitam rationem belli causam dolet. a)

a) Hoc adserum probo ex initio c. 14. p. 66. vbi plura de libertate naturali disserit, bellique causam esse adserit, deinde transitionis loco sequentibus vtitur; Rationis ergo praeceptum suis regula generalis est, pacem, dum eius obtinendi spes est, querendam esse; Et. & in c. prae, 13. circ. fin. Pacis articulos quosdam suggerit ratio. & omnium clarissime c. 5. p. 21. Quid aliud faciunt, qui suas quasque dominantes passiones pro recta ratione valere certant. (Locutus paulo ante est de ludentibus cattis, pro carta dominante vti volentibus, ea, cuius ipsi haberent maximum numerum) etiam in suis iporum libibus, desiderium rectae rationis, ipsa postulatione, ostendentes. Tr. de Ciuit. c. 3. §. 31. p. 57. Homines sunt tamdiu in statu belli, quam bonum & malum prae adipitum praesentium uiueritate, diuersis mensuris metiuntur. Hunc statum facile omnes, dum in eo sunt agnoscunt esse malum, & per consequens, pacem esse bonam. Qui igitur de bono praesenti couenire non poterant, conueniunt de futuro, quod quidem opus rationis est, nam praesentia sensibus, futura non nisi ratione percipiuntur.

§. III. Nec non ex desiderio infinito, quod & Noster agnouit, a) vt & actum eius primum & secundum, b) sequitur, vt illi, qui contra & hoc agunt, repugnante natura agant, & contradicente ratione bella suscipiant. c)

a) De desiderio infinito egit Cel. Syrb. Ph. pr. c. 6. §. 4. Noster autem Leu. c. 11. p. 50. Sciendum est, inquit, vitae praesentis felicitatem, non confidere in tranquillitate suis requie animi. Ergo semper desideramus. Finis enim ultimus & summum bonum, de quibus loquuntur Ethici veteres, locum in praesente vita nullum habent. Neque rebus caducis expleri potest, sic enim pergit: Neque is cuius cupiditates ad finem peruerterunt, vivere potest magis, quam is cuius sensus & memoria pericrunt. Felicitas progressus perpetuus est, ab una cupiditate ad alteram,

- ram, & adeptio prioris cupiti, ad adeptionem posterioris via est. c. 8. p. 37. Si-
cut nibil desiderare, mortui est: ita parum vehementer desiderare, tardi est.
 b) Mens eius de hac re adparet Leu. c. 11. vbi haec: Sed non eadem via omnium
procedunt actiones, propter diuersorum hominum diuersas passiones; partim etiam
propter differentiam opinionum, quas habent diuersi homines circa causas, a qua-
bus res cupita sit producenda. Et eadem ferme verba leguntur c. 5. p. 23. vbi ho-
mines accusati, quod actionum regulas certas nullas habeant. Huius peruersi-
tatis originem quaerit in ignoratione caufarum & constitutionis primae, Juris,
Aequitatis, legis & Justitiae, & vt homines pro actionum suorum regula se-
quentur consuetudinem & exempla temporis praeceptorum, vid. Leu. c. 11. Saepe
bonum adparens pro bono vero amplectuntur. Nam quicquid adeptitus in ho-
mine quoquaque obiectum est, eidem illud est, quod ab ipso appellatur bonum. Leu.
c. 6. p. 26 adeptitus autem a passionibus diuersimode regitur. de Ciuit. Tr. c. 3.
§. 32. Quia vero homines exueri non possunt adeptitum illum irrationalem, quo
bona praefertia (quibus arcta consequentia, multa adhaerent inprovisa mala)
prae futuris adpetunt, factum est &c.
 c) Quod colligo ex Leu. c. 8. vbi iudiciosos homines definit, quod sint illi, qui re-
rum cogitatarum differentias, dissimilitudinesque maxime obseruent, i. e. qui in-
ter rem & rem bene distinguant, discernant & dijudicent. Ergo illi non sunt
iudiciosi & contra rationem agunt, qui bellum discrimina adpetunt; nam dissimi-
litudinem finis veri c. 11. p. 50. monstrati, & molestias finis peruersi, hoc est bel-
li, non rite discernunt, quia bellum est conditio misera. Leu. c. 17. p. 83. de Ciuit.
c. 3. p. 58. bonitas actio num in eo sita est, quod in ordine ad pacem, malitia
in eo, quod in ordine ad discordiam. Nec leue huc facit argumentum, quod
noster de seditionis effert Leu. c. 15. p. 74. dicit enim ibi quod regnum per re-
bellionem adquisitum, contra rationem sit adquisitum, tum quia successus tales
ab initio incerti erant, tum quia exemplo suo docentur alii tantundem audere con-
tra ipsum. Paxtorum ergo obseruatio rationis praeceptum est, i. e. lex naturalis.
Porro sententiam nostram insigniter corroborare videtur, quod Noster statuit,
legem naturalem esse regulam rationis, primamque ponit: Pacem quaere &
persequere. Leu. c. 14. p. 66. & 67. Ex lege autem nascitur ius, & ex iure statu-
tus 1. naturalis vel Ciuilis aestimatur. Si igitur lex naturalis pacem laudat, et
iam status naturalis pacificus esse debet. Qui igitur bella laudant atque affe-
stant, aut principia rationis non sequuntur, aut ex veris principiis false infi-
runt: vid. Leu. cap. 5. vbi rationem definit.

§. IV. Si homines recte ratiocinantur, omnes aequalem conclu-
sionem, paci non aduersam, accipiunt. a)

- a) Huc facit etiam illud effatum quod Leu. c. 5. proponit: Naturaliter homines
BENE & similiter ratiocinantur, si a veris & perspicuis printipiis ordiantur. Et
in codem capite dicit, absurditatem esse, si incidamus in conclusionem uniuersi-
alem, eamque falsam, quam absurditatem paulo post ex defectu methodi deducit. Quare illos magis laudat, qui nullas quam qui fallas conclusiones faci-
unt; ita enim dicit: Verumtamen qui sine omni sunt scientia, sola prudentia na-
turali, nobiliore conditione sunt, quam illi, qui ratiocinando male, vel male ra-
tioni-

tionibus credendo, incident, in regulas generales falsas & absurdas. Causarum enim & regularum ignorantia, non tantos errores generat, quantos regulae & causee falsae.

§. V. Quia igitur hactenus vidimus ex Hobbo, quod principia Juris naturalis, quia veritates sunt, ex ratione petantur, sequitur, ut bellum omnium inter omnes, genuinum eius principum non sit. Nam satis ample demonstrauimus, id enasci ex passionibus pratis quae capistra vel rationi iniiciant, vel eam prorsus turbine suo obsecurent. Facili igitur negotio nunc demonstrabimus, quod ex bello omnium inter omnes nihil veritatis fluat, quare etiam illud nullum principium esse possit. Hoc igitur acturi, videamus ante omnia quid sit principium primum? quaenam eius requisita?

§. VI. Primum principium definitur, quod sit veritas inde monstrabilis in suo genere. Talis autem veritas vel ex definitione, vel ex inductione originem dicit. Neutrum horum ad bellum nostrum applicari potest. Ortum enim non est ex inductione; Homines a passionibus agitantur, maximaque ingeniorum est differentia, ob maiorem vel minorem cupiditatem Potentiae, Diuitiarum, Scientiae, dignitatis &c. *Leu. c. 8. p. 37.* Quare etiam alii melius alii prius, prout experientia, Memoria, vel adperitum inter se differunt, maxime autem fortuna bona vel aduersa, & unus alterius erroribus gubernantur. *Lev. c. 5.* Igitur etiam impossibile est, ut eadem res eosdem semper adperitus vel auersiones producane, nec omnes homines consentire in adperitu unius & eiusdem obiecti *Lev. c. 6.* Voces enim boni mali & vilis, intelliguntur semper cum relatione ad personam, quae illis vivit, cum nihil sit simpliciter ita. *ibid. p. 26.* Nec ortum est hoc principium ex definitione Juris Naturalis *Leu. cap. 14.* vbi definitur quod sit libertas, a) quam habet unusquisque potentia sua ad naturae suae conseruationem suo arbitrio vtendi, & (per consequens) illa omnia, quae eo videbuntur tendere, faciendi. Ast in bello non potest conseruari natura, quia in perpetuo mortis metu viuo *Leu. c. 13. p. 66.* nullumque meum & Tuum adest, *ibid. vis & dolus* virtutes cardinales sunt &c. *ibid. p. 65.* atque hosti in hostem omnia licent *Grotius de I. B. & P. L. 3. c. 4. §. 3.* Neque ex

ex definitione legis naturalis, quia est praeceptum sive regula generalis ratione excogitata, qua vniusquisque id quod ad damnum suum sibi tendere videbitur, facere prohibetur. Ast bellum tendit ad damnum, vti iatniam demonstrauimus.

4) Quando in *Hobbo Leu. c. 14.* libertatem definitam lustramus, inuenimus, illum non in genere omnem definitissimam libertatem, quae est independentia voluntatis a necessitate externa ad soluta, vid. *Cel. Syrb. in Phil. pr. c. 6. S. 19.* sed particularem solummodo ex exteriorum; quatenus scil. illa libertas sufficit ad *Jus Naturale*, sive facultatem agendi & non agendi exercendam, atque conuenient eius doctrina cum *S. I. J. de jure personarum.* Interna autem libertas potentiae illi venit nomine. *Leu. c. 21. pr.*

§. VII. Requisita principii primi sunt haec, 1) vt sit propositio vera, 2) vniuersalis, 3) indemonstrabilis in suo genere, 4) vna. a) Nunc si bellum omnium contra omnes ad hanc amissum expendimus, videntur quod non sit propositio vera, quia non ex recta ratione promanat. *vid. supra adpositas rationes.* Neque est vniuersalis aut indemonstrabilis, quia non ex fontibus promanat §. *praece.* adductis. Ergo non est principium primum. Nec potest principium ortum esse, quia orta nos ducunt ad primum principium. Haec propositio autem belli, nunquam nos perducet ad aliquod principium, quod requisita primi habet.

a) Alii addunt adhuc 5) euidentissima, 6) facile applicabilis; quae tamen requisita meo quidem iudicio continentur iam sub primo membro, scil. veritate; aut ad minimum sub omnibus simili sumuntur. *Evidentia est vel verborum vel idearum earumque relationis, omnem autem tanquam requisitum necessarium principii primi nunc laudo, meliora edocet.*

§. VIII. Nunc ultimo loco videamus, an bellum omnium contra omnes vnuquam probauit Nostr? Quanquam exempla adfert, a) nunquam tamen probanda istis probat *Leu. 13. p. 65.* Primum exemplum est, vbi Cain fratrem Abelem interfecit, ast hic bellum omnium neutriuam probauit. Inter parentes enim horum fratrum tunc temporis bellum b) fuisse, probare debuit, hoc igitur demonstrando, facit *μεταβασις εις αλλο γενετον*, monstratque homicidium non commisum, si communis potestas adfuerit, quae suribundo interactori fraena adieceret. Haec etiam in exemplo Americanorum, quae hactenus adduxi, vitiose committit; & finge vnam familiam alteri insidias struere, fami-

Iiae tamen personae inter se bella non habent. Et agnoscere ipse demonstrationem suam nullam esse, videtur, dum §. sq. ita incipit: *Quanquam autem tempus nunquam fuerit, in quo unusquisque uniuscuiusque hostis erat &c.* Nec melius rebus suis consuluit, dum dicit: *Reges & Personas summam habentes potestatem, omni tempore hostes inter se esse.* Probationis loco adducit, quae ipsi vel plane contradicunt, vel supponit id de quo quaeritur. Dicit enim: *semper alii aliis suspecti sunt, more stantes gladiatorio, armis oculisque intentis i. e. castellis & praefidis ad confinia colloca-tis, & exploratoribus in hostico latitantibus, quae est conditio belli.* Si igitur belli conditio omnium aduersus omnes est, si alii aliis sunt suspecti, sequitur ut etiam in statu Ciuiili talis belli conditio existat. Nam quando iter ingrediuntur Cives, comites querunt, ar-ma gestant, quando dormitum eunt fore claudunt, arcas obserant &c. Et sic semper alter alteri est suspectus, quod tamen totum euer-tit fundamentum Hobbii, qui ea propter depinxit statum natu-rale tam horrendum, vt homines coirent facilius in statum Ciuilem, & imprimis Angli feditiosi obedientiam praestent Re-gi. ^{c)} Porro supponit id de quo quaeritur scilicet hostem & ho-sticum, nec non exploratores; quae omnia sequuntur bellum expresse declaratum. Et quot summae potestates foedera inter se habent, quae non hostium sed amicorum sunt? Neque Ca-stella atque praefidia hostem semper praesentem requirunt, sed praecautionem innuunt.

- a) Exempla haec adferit, ut obuiam eat obiectiōibus eorum, qui dicent: Statum naturale diu floruisse, ast nulla bella cognita fuisse, vnde frustra, statum naturale, tanquam abominabilem, depingeret.
- b) Bellum varie definitur vid. Grot. de I. B. & P. L. 1. c. 1. §. 2. qui ita definir. Est status per vim certantium Hobb. Leu. c. 13. definit, quod consistat in aliquo tractu temporis, quo durante, voluntas armis decertandi sit manifesta. Sicque differentiam cum Grotio statuit inter bellum & pugnam. Divisionum belli praecipua est inter bellum priuatū & publicū. Publico antiquius est priva-tum, & adhuc hodie sibi locum vindicat, vbi cessat iudicium vel momentaneum, vbi iudicis praesentia expectari non posset, sine damno, vel continue, quod sit, aut iure, si quis versetur in locis non cohabitatis seu occupatis, aut facto, si subditus iudicem non audiant, aut index cognitionem aperte reiciat. vid. Grot. L. 1. c. 3. §. 1. segg. Hocce belli priuati Genus etiam agnouit Hobbius Lev. 13. his verbis: *Ab aequalitate naturae oritur unicuique, ea quae cupit adquirendi spes, quoies igitur idem duo cupiunt, quo frui ambo non possunt alter alterius basis sit.*
- c) Nec

c) Nec rebus sui hactenus prolatis defensionem adiecit, distinguendo inter magnam miseriam & non magnam. Nam graue est determinare fines harum miseriarum. Et si miseriam belli etiam in statu Ciuiili exantare debeant homines, vir est ut libertatis & dominii amatores, iuga subeant imperii *Leu. c. 17. p. 83.* Et quanquam miseria in statu Ciuiili non tanta sit, quanta in statu naturali, si bella oriuntur, aliae tamen difficultates statum Ciuiilem sequuntur, quas naturalis nescit. Videtur igitur Hobbesius bellum omnium probare noluisse, nunquam id probasse, sed horrorem solum libertatis amatoribus & glaucoma obsecere voluisse.

§. IX. Restat nunc ut pensitemus vtrum bellum in omnes Hobbesii fuerit fundamentum an non? Discipiendo autem est, quale fundamentum intelligatur, an fundamentum morum disciplinae, an vero moralitatis? Vtrumque nego. Non est fundamentum disciplinae morum, quod nihil aliud est, quam id omne, sine quo vel moralitas ipsa, vel actiones, quibus illa inhaereat, existere aut intelligi non potest, quia rectissimum huius disciplinae fundamentum, voluntatem, non teste profitetur. a) Neque est eius fundamentum moralitatis, quia libertatem moralitatis fundamentum saepiuscule laudat. b).

a) Hoc probo ex eo quia in toto c. 4. *Leu.* agit de principiis internis motus voluntarii, de appetitu & aversione, de bono & malo multisque aliis, quae voluntatis, non intellectus sunt, c. 11. de varietate morum, qui sine voluntate non intelliguntur, & in toto hoc capite nil nisi virtutum vitorumque elenchum nobis exhibet. c. 13. peruersam voluntatem, in reliquis vero praeludente intellectu agentem, depingit, & ex inspectione de cui tractatus cap. priorum patescit de voluntate; non aliis facultatis, regulis loqui. c. 4. §. 24. p. 73. Leges feruntur de actionibus, quae VOLVNTATEM sequuntur nostram, non de opinionibus, neque de fide, & c. 5. §. 1. Manifestum est per se actiones hominum, a voluntate, voluntatem a spe & meru proficiunt.

b) Huius assertioris fundamentum querendum est in C. 1. §. 7. tr. de Ciue, vbi haec leguntur: *Juris naturalis fundamentum primum est, ut quinque vitam & membra sua QVANTVM POTEST tueatur. c. 4. §. 24. de Ciue.* quae extra potestatem nostram existentes voluntatem nostram non sequuntur. Per consequens LL. praescribi non possunt, per consequens non sunt libera, c. 5. §. 1. dicit: *quoties Bonum maius vel Malum minus videtur, a violatione LL. sibi prouenturum (voluntatis) quam ab observatione, volentes violant.* Quid hoc est aliud quam alicui libertatem media eligendi dare, quod est moralitas. Nam qui non media ipse eligere potest, ad finem suum perueniendum, vt vel finem verum vel adparentem adquiat, prout mediis electis virtut, in eum non cadit imputatio, cessaque moralitas. Quod patet ex §. 8. vbi haec: *Quoniam autem ius ad finem frustra babet, cui ius ad media necessaria denegatur, consequens est, cum unusquisque se conservandi ius habeat, (h. e. libertatem, vti pater ex §. anteced.) vt unusquisque ius etiam*

etiam habeat, utendi omnibus mediis, & agendi omnem actionem, sine qua conservare se non posset. Ius hoc suum alter male, alter bene adhibet, mox enim ille solummodo ex voluntate nocendi eo vitur, quod ingenii ferocis est, & prouenit ab imani gloria & falsa virium aestimatione, mox hic ex necessitate, res suas & libertatem contra tales defendendi, quod modesti hominis est, & vires suas recte aestimantis, vide Ciu. c. 1. §. 4. Ex quibus omnibus consequitur, quod centies diximus, bellum Hobbesii, neque esse principium, neque fundamen-
tum sed conclusionem false aut plane non ratiocinantium, & causas huius belli praeceperas, passiones hominum depravatas. Et quod supra ex tractatu de Ciuo demonstrauimus, facile etiam ex Lev. c. 14. in principio, adferere possemus, Tandem bellum omnium non est fundamentum status naturalis, alias esset eius principium primum, nam ex Legibus, quales sunt Juris naturalis principia, status aestimatur. Et tantum abest, ut eius sit fundamentum, ut potius penitus eum evenerat. Nam debet esse socialis & pacificus, Lev. c. 14. ex hoc bello autem sit status, in quo homines vitam degunt, ob mortis violentiae metum, & periculum perpetuum, solitariam brutam, breuem, Lev. c. 13. p. 65.

CAP. III.

DE

GENVINO IVRIS NATVRALIS PRINCPIO HOBSESII.

§. I.

Postequam ample satis demonstrauimus, quod bellum omnium in omnes Hobbesii principium non sit, genuinum eius, ut nunc evincamus principium, necessarium est. Hoc acturi, videamus an officia erga Deum, erga semetipsum, & erga alios homines petractauerit? quodnam cuiusque officii principium statuerit? Et an haec principia in vnum collegerit.

§. II. Quod ad primam attinet quaestionem, patescit ex Lev. c. 31. p. 168. mentein eius fuisse, tria hominis officia petractare. a) Principia horum officiorum sunt haec: Pacem quaere & persequere, quod concernit officia erga alios. Omnibus viis & modis te ipsum defende, quod officia erga semetipsum monstrat, & haec leguntur Lev. c. 14. p. 67. Et quod officia erga Deum attinet hoc videtur: Deum cole. Quamquam non expresse reperiatur in nostro, colligi tamen potest ex Lev. c. 31. p. 169. vbi multa de cultu diuino edifferit.

a) Proximo loco considerandum venit, quaenam sint LL. illae diuinæ, quae ad officia hominum spectant mutua, & quae sunt illæ, quae spectant ad cultum Dei naturalem. Prioræ illæ sunt de quibus dictum est cap. 14. & 15. Considerandum ergo restat, quae sunt naturalis rationis (absque alio verbo diuino) diffinissa circa Maiestatis diuinæ Honorem & Cultum.

§. III.

§. III. Haec principia in unam summam colegit, atque ita protulit: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* a) Interdum aliis verbis, eodem tamen sensu locutus est: Quamquam hoc principium non sit primum ortum a primo est, & ad demonstrationes in Jure Naturali obuenientes ei sufficiebat. Nam primum eius principium, Finem hominis seu summum bonum fuisse colligere licet ex *Lev. c. 11. p. 50.* & quae adduxi in c. 2. *huius Diff. §. 3.* & ibi adpositis notis.

a) Obiiciet mihi forsitan aliquis, hoc non eius principium, ex quo omnes leges naturales fluere crediderit, esse, sed potius Regulam istam generalem, quam pronit *Leu. c. 14. p. 66.* & exinde deducit legem naturalem primam. At salua res est. Nam regula generalis non statim principium est, alias omnes decem & novem LL. naturales ab eo laudatae, principia essent, quia regulae generales. Et sint principia, orta tamen, exinde propterea non sequitur, ut non generalius posuerit, sub quo omnes contingantur. Nam satis aperte id fecit *c. 15. p. 78.* Vbi deductionem finiuit naturalium Legum, & sic conclusit. *Est haec, dicit aliquis, LL. naturalium deductio subtilior, quam ut intelligi ab omnibus possit, quod maxima pars alimenta studet, aut voluptatibus. Ne tamen tardissimis excusationi locus relinquatur, CONTRAXIT eas Scriptura S. in VNAM eamque BREVEM & PER-SPICVAM SENTENTIAM:* Quacunque vultis facere vobis homines, id facite illis, & Philosophi, quod tibi fieri non vis alteri ne feceris: *QVARE AD TOTAM LEGEM NATVRALEM PERDISCENDAM, ALIA RE OPVS non est, quam ut actiones alienas, cum nostris penitentes. in alteram lancem transferamus, ne passiones proprias ponderi forte aliquid addiderint. Quid hoc est aliud, quam hominibus, qui principiorum nexum non capere possunt aut connectere ipsi, principium generale commendare, vt bonitatem vel malitiam actionis primo obtutu perspiciant? Accedit quod in sequentibus hocce: Quod tibi non vis fieri, tanquam demonstrationis suae principium adhibuerit, ac multis modis laudauerit. Leu. c. 17. p. 83. dicit: Leges enim naturae (vt Justitia, Aequitas, &c.) & VNO VERBO, facere alii, quod fieri vellimus nobis &c. &c. Leu. c. 26. p. 131. Leges naturales Publicatione, Proclamatione, Promulgatione non indigent, vt quae IN VNICO PRAECEPTO CONTINENTVR, quacunque vultis, si faciant vobis homines, id vos facite illis. c. 27. p. 138 haec verba propositi: Ignorantia LL. naturalium neminem excusat, illi enim qui rationis ysum adsecutus est. LL. naturales quaenam sint, cognitum esse praesumitur; nimis alteri faciendum non esse, quod sibi factum esse nollet. Quod hoc genuinum principium sit probo, quia omnia requisita principii ei tribuit. a) est propositio vera quia ex scripturis sacris petita, b) est vniuersalis, quia VNVSQVISQUE, quid fakturus sit, ex illa diognoscere possit. de Ciu. Tr. c. 4. §. 23. p. 72. it. b. l. c. Leu. Qvare ad totam legem naturalem perdiscendam alia re opus non est, potio omniem Iustitiam & Aequitatem exinde deducit b. l. c) una, hoc saepenumero b. l. reperiit. d) est evidenter, quia & indocti & rudes eam capere possunt, de Ciu. Tr. c. 3. §. 26. p. 53. & scitu est facilius quam illa regula generalis, ibid. h. l. adpellat eam perspicuum sententiam, it, qui rationis ysum modo adsecutus est, LL. quae nam sint naturales*

les, cognitum esse praesumitur, e) est facile adplicabilis, quia indoctus & rudis eam adhibere potest, it. tardissimi, f) Indemonstrabilitatem omisit, alias esset omnium primum,

§. IV. Leges naturales nulla promulgatione indigere, sed ex sola ratione patescere, eaque propter vniuersalia esse docet, *Leu. c. 26. p. 131.* Si lex ea talis sit, inquit, ut *Ciues omnes sine exceptione obliget, nec scripta sit, dubium non est, quin lex naturae sit.* Quod enim pro lege habere debemus, non propter dictamina aliorum hominum, sed proper suam vniuersciusque rationem, consentanea esse debet vniuersaliter Ratione humanae. Et per consequens lex Naturalis est &c. & *Leu. c. 31. p. 167.* dicit: Promulgantur leges diuinae tribus modis, nempe per DICTAMEN RATIONIS naturalis, per REVELATIONEM; vel per VOCEM alicuius hominis cui fidem apud ceteros fecit Deus, per operationem miraculorum. Item *Leu. c. 30. p. 166.* dicit: Curiam Justitiae naturalis, praeter Conscientiam nullam esse, eamque solam regere Deum, eiusque dictamina, tanquam Auctoris naturae, leges esse naturales. Quare & in cap. 31. p. 167. Deo attribuit regnum naturale, quatenus scil. illos regat, qui prouidentiam eius agnoscant, per dictamen rectae rationis. Et multa alia adhuc adsunt loca, ex quibus hoc adsertum probari posset; Imprimis tamen legi meretur, *Leu. c. 26.* vbi firmat, quae dixi, saepe numero.

§. V. Ex his adductis in §. praece. facile colligimus, quod duplex statuerit principium essendi legum naturalium; Primum est ipse Deus, seu voluntas diuina, Deumque Auctorem naturae vocat *Lev. c. 13. circa fin.* & subordinatum, est ratio naturalis recta *Leu. c. 31. p. 167.*

§. VI. Quia autem etiam aliquid in homine esse debet, quod eum obliget, ad conseruandas Leges naturales, id nihil aliud esse dicit praeter metum. a) Nam in statu naturali homines inter se aequales sunt *Lev. c. 15. p. 77.* b) Metus igitur coercens homines, est primo metus damni a violatione LL., vel quia fallere (ut signum impotentiae) homines dedignentur, quanquam haec generositas adeo rara sit, ut in rationes venire non debeat. Secundo metus Potentiarum invisibilium, quo nomine Dei potentiam honoret, in Statu vero Ciuii adest metus potentiarum visibilium seu imperantium *Leu. cap. 14. p. 71.*

a) In-

a) Interdum homines ex metu potentiae inuisibilis aliquid faciunt superflue, ad quod iam sunt adducti, interdum etiam viciose, contra legem naturae, putantes per tales actiones Deo placere velle. Ad primam classem pertinent illi, qui Deo vota offerunt, atque aliquid meriti in illorum votorum multitudine quaerunt, ast a Janna longe aberrant. vid. *Noster. Leu. c. 14. p. 70. Pacifici*, inquit, *cum Deo, nisi mediante aliquo, quem Deus alloquatur, vel locum Dei teneat, impossibile est; aliter enim ex Deus etiam pacis sit ne ne ignoramus. Itaque qui votum Deo aliquid, quod contra legem naturalem sit, frustra fouet, quia illicitum est; si lege naturali mandatum sit, frustra est, quia vivens, non voto suo, sed naturae lege obligatur. Locum vero secundum sibi sumunt, qui haereticis fidem datam non feruant. Quangoam huius pacti violationem, per causas iustificas varie colorare adlaborant, in primis sincera erga Deum obedientia & amore, suaforiae tamen causa semper sunt iniustiae, quia ex imperitandi libidine promanant. De hac re *Noster. Leu. c. 15. p. 74.* ita disserit: *Alii rursus pacta obseruanda esse concedunt (locutus enim est antea de illis, qui praecepta, quae ad conseruandam vitam praesentem conducent, leges naturae esse negant, sed quae ducent ad felicitatem vitae aeternae; ad quam conducere aliquando dicunt Patorum violationem) praterquam cum haereticis, sed hoc quoque iniquum est. Nam si vitium personae satis sit cause pacti violandi, satis etiam cause debebat esse non paciscendi. Quam sententiam etiam fouet Grotius de I. B. & P. c. 20. §. 50. L. 2.**

b) Refutat quidem paulo ante Aristotelem, dicentem Pol. I. 2. alios a natura natos esse ad imperium alios ad seruendum, ast perpetram: Aristoteles enim non loquitur de actu, sed de potentia & facultate interna, vid. *Grot. L. 1. c. 3. §. 8. n. 4.*

§. VII. Ex haec tenus dictis, satis superque patet, quid de Jure Naturae eiusque principio senserit Noster. Nunc pauca adhuc addam, quæ Auctorem legentibus clariorem reddunt. Quare pensitabimus quid intelligat per statum naturalem, cuius mentio sit saepenumero in Hobbi scriptis. In toto suo opere statum aequalitatis semper innuit, a) quem etiam Ciuli opponit. *Leu. c. 13. & c. 10. p. 46.* vbi dignitates, magisterium, imperium &c. ad ciuilium referit statum. In hoc tamen statu id solummodo desiderat, quod homines plus adfectibus depravatis tribuant, quam ratione. Hinc fluere saepenumero, ex sociali & rationali statu, bellicosum & bestialem. *Leu. c. 13. b)*

a) Status naturalis vel opponitur 1) statui bestiali seu conditioni hominum, dictata depravatae naturae solummodo sequentium, 2) vel sociali, homines consideranti, quatenus vitam per aliorum industrias vivunt exultant, 3) Ciuali & vel Aduentio. In oppositione prima significat statum humanitatis seu rationalem, omnibus hominibus communem. In secunda, statum soliditatis, quando homo solus relietus sit a nativitate, sine ullo aliorum administratio, & accidere potest in infantibus expositis. In tercia statum aequalitatis, quando homines non habent commune caput, & existit adhuc in summis potestatisibus. In quarta denique, conditionem, quam habet homo a natura sine facto alieno accedente, e. gr. vt fratres, feminæ &c. vid. *Ill. Thomas. Jurisprud. Dic. L. 1. c. 2. §. 50. sqq. & Dn. Pragemann, in Jurisprud. nat. Ex. V. §. 13.*

K

b) II.

b) Illustri igitur Thomasio suffragium dare non possum, qui *L. 1. c. 2. §. 54. Juris-prud. diu dicit. Statum aequalitatis cum Hobbesiano non confundendum esse. Nam eum & opponit Ciuii Leu. c. 10. p. 46. & socialem ac rationalem eum esse adserit, nisi depravetur & contaminetur per vitia, praeципue superbiam. Leu. c. 15. p. 77. Et sic eum describi vti fieri potest, ill. vero Thomasius vti esse debeat.*

§. VIII. Juris vocabulum saepe etiam inuenitur in hoc nostro, semper tamen pro facultate morali, a) illud habet. vid. *Leu. c. 14. & 26. nec non c. 30.* Maxima igitur ex parte apud illum conueniunt status seu conditio naturalis & Jus naturale, vti ex *d. c. 26.* patet. Ibi sequentia leguntur: *Leges naturales a lege Ciuiili non mutantur neque restringuntur, sed ius naturale tantum. Ino LL. ferendarum Ciuitatum finis erat restrictio Juris Naturalis, sive Juris omnium in omnia, quo flante pax nulla esse potuit.* Quare si Juris vocabulo pro regula, seu norma, vti debeat, semper Legis vocabulum substituit *Leu. c. 14.*

a) Sistitur nobis triplex potissimum sensus Juris a magni nominis *Grotio de I. B. & P.* Primo in sensu, id est ac id, quod non est iniustum, seu vti alii effterunt licitum quod est. c. 1. §. 3. *L. 1.* in secundo ad personam refertur, quo sensu est qualitas moralis personae competens ad aliquid iuste vel agendum vel habendum, *ibid. §. 4.* In tertio idem est ac lex seu regula actuum moralium, obligans ad id, quod rectum est *ibid. §. 9.*

§. IX. Ultimo tandem loco monebo, quod Hobbius in capitibus, quae c. 14. praecedunt, hominem potissimum consideret, quatenus secundum sibi relictam voluntatem coecam viuit, primoque instinetui paret, rationemque seponit, aut vti *Grotius L. 1. I. B. & P. c. 2. §. 1. sqq.* loquitur, primis naturae obedientiam praefstat. Quare etiam in his prioribus capitibus, virtutum vitorumque elenchum describit. A capite antem 14. exponit nobis hominis vitam secundum rationis ductum instructam. Et iterum cum Grotio sentit, qui Consequentia primis naturae anteponit. In tractatu autem de Ciue ostendit media, quibus adigantur homines magis ductum rationis sequi, quam fieri solet in statu naturali. Ceterum non vbiique distincte satis mentem suam exposuit, officiaque singula pertractauit, sed summa imis miscuit, atque paradoxas opiniones sparsit a)

a) exemplum exhibet *Lev. c. 15.* vbi sic loquitur: *Dictamina rationis, nomen quidem obtinuerunt legum, sed improprie dictarum. Sunt enim de iis rebus, quae ad conservationem hominum conducunt, tantum Theoremata. Lex autem proprie dicta, est vox Imperantis, vel prolatæ, vel scripta, ita ut omnes, qui obedire tenentur, sciant vocem eius esse.*

IMPE-

IMPERATOR C. JULIVS CAESAR NON IMPERATOR.

DISSERTATIO HISTORICA

GENAE HABITA 1724.

RESPOND. IO. FRIDERIC. GRAEFIO, TREPPENDORFIO-THVR.

CAP. PROOEMIALE.

DE

RITE TRACTANDA HISTORIA IMPERII.

§. I.

Historiam Imperii docentibus aequae ac discentibus monita, quae obseruent, commendanda sunt haud pauca; alias coeco ausu a regia aberrant rectumque derelinquent trahit. Palmarium igitur est, ut genuinum huius studii usum & necessitatem perdiscant, finemque Historiae certum & verum pernoscant, nisi nubem pro Iunone amplecti parum intersit. a)

a) Discentium reser nosse finem Historiae, ut alacriori studio eam prosequantur, & docentium curas discernere possint, docentium autem, ne inutilibus rebus patientis auditorum abutantur, illisque glaucoma pro veritate obiciant.

§. II. Discentes autem, ne illotis ad hocce studium accendant manibus, necessum habent, ut dignoscere possint quid iustum, quid honestum, quid utile sit, didicisse doctrinam morum, alias docens Historiam, & doctorem Philosophiae dirigentis voluntatem agere debet, & necessaria interdum omittere. a) Alias multa manent incognita audi tori aliter accidenti.

a) Mens mea tamen non eoredit, ac si nunquam inspergenda sint monita de iusto de honesto & consulto, imprimis in grauisribus & maxime controviris materiis, quales e. g. sunt successiones inter gentes, de quibus agit Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 7. sed ne liquidissimis satisque tritis tempus teratur. Hinc eorum non laudo institutum, qui Historiam tanquam speculum uitiae extollunt, & in recensendis vitiis Imperatorum, quod generofum laudent atque pium commendant, multisque ambagibus viria depingunt, & sic sermonem quasi sacrum (Eine Historische Predigt) immiscent; cum tamen rerum suarum sategissent, si vita politica (die Staats Föhler) annotarent, eorumque incommoda & in regno detrimenta.

§. III. In docentibus autem desideramus accuratam Philosophiae

K 2

cogni-

cognitionem & Jurisprudentiae Civilis ^{a)}) Feudalis & Publicae ^{b)} scientiam. His enim scientiis destituti, narrant narrata prout narrantur, & nesciunt quid veritatis aut falsitatis admixtum sit eorum narrationi.

^{a)} Cur in docente expessemus Philosophiae cognitionem ex S. praece. patet, magis tamen obscurum est, cur Civilis prudentiae Iuris imbutum requiro scientiis, quare unico exemplo mestem declarabo. Nota est illa inter sacerdotism & Imperium conuocatio, in primis Henrici V. temporibus agitata, duplice transactio clisa, tandem decisa in tercia, vii nunc hodie rerum facies est. In secunda autem a 14. Episcopis & Principibus Iure iurando firmatum & anathemate munitum erat, vt regni ius sit, inuestiguras Episcoporum absque simonia & ambitu facere, vt haec factum infringebat pontifex, satis ieiune, ex capite metus. Ignorans igitur Ius Civile nescit, quid sibi velit hanc metus exceptio, & quid Praetor in hac restituione promiserit, qualemue metum desiderauerit. Quanquam demonstrare possit, inter liberas gentes I. Civile vim obligandi nullam habere. Accedit, quod non diuidicari possit cur ita & non aliter iudicatum sit in supremis Imperii iudicis, in quibus status Imperii secundum Ius Civile sententias audiunt. Huc etiam pertinet quæstio agitata inter Regem Bohemiae & Bauariae Electorem, de Electoratu, & decisa a Rudolfo I. & iterata, denuo decisa alio plane modo ac primum, petitorum ac possessorum causante Rudolfo; quanquam vera causa domestica erat, non Iuris.

^{b)} Quia Ius publicum est finis & basis studii Historiae Imperii, necessum est vt docens sciat, quid pertineat ad Ius publicum & tractandum sit, quid vero omittendum. Nam quod in ceteris Iuris disciplinis ratio praeficit, id in Iure Publico Germaniae Historia, dicit acutissimum Iuris Publici indagator Ill. Cocceius.

§. IV. Est igitur Historia Imperii nostri, narratio vera, rationibus philosophicis & iuridicis suffulta, de iis rebus, quae in Imperio nostro euenerunt ^{et} ad cognitionem sua ut interiora eius pertinent, a prima origine ad nostra usque tempora.

§. V. Hanc definitionem ad amissim expendamus, vt elucescat eius veritas. Narrationem igitur dixi Historiam, quia, quod ex aliorum libris sumimus, aut audimus ab aliis, iterum narramus, praesertim cum nihil ex nostro addere licitum sit sine vereitatis detimento, sed auctorem suum, tanquam testem ocularem, nominasse sufficiat. ^{a)}

^{a)} Igitur nostrum non est mutare in genealogicis personarum nomina aut alias personas fingere, neque annorum seriem in chronologicis infringere, neque in Geographicis indulgere ingenio; quod vitium notatur in Cluero, omnia vero simul, in iis, qui omnes gentes earumque præcipuas familias ab extusione Troiae accersere non dubitarunt suavi deliramento.

§. VI. Vera vt sit narratio, necessum est, vt petita sit ex auctoribus, quos seculum vidit in quo narranda euenerunt; quanquam etiam in his sublestae fidei sunt ^{a)} nonnulli, quia studii aut iræ causas non procul habuerunt. ^{b)}

^{a)} Huc

a) Huc pertinet etiam narrata fabulosa a Monachis, Historiae Germaniae conditoribus, si miracula proferunt, aut anilibus fabulis taedium lectori procreant; tali in casu vix est ut calculum addas.

b) Videndum igitur quis scriptor iste fuerit, an in veritate laudem, aut in blanditiis praemia quaesiverit? quae facile patescunt si eius vitae cursum lustras & attendis an eius de quo scribit minister fuerit, nec ne? an fata secunda vel aduersus expertus si ab isto de quo sermo, an ad scribendas Historias conductus? Igitur non semper ea sunt reliienda, quae a scriptoribus proferuntur, qui breue tempus post Imperatoris obitum vixerunt, quia veritas odium eis non parit.

§. VII. Hoc veritatis requisitum distinguit Historiam a Fabulis, libris Romanensium, aduersariis falsis, & historicis figmentis aliis.

§. VIII. Quia Historia rationibus philosophicis & Juridicis suffulta atque referta, demum vocatur pragmatica, etiam hoc requiro in definitione. Temporum barbaries & ingeniorum ruditas, ne omnia accurate litterarum munimentis traducerentur, praecipiebat, hinc multa coniecturis, rationibus hisce exornatis, adumbrare necesse est. a) Neue omnia promiscue discerem aut docerem haec principia prohibent.

a) e. g. Principes Comitesque Imperii nostri ab origine sua hereditarios fuisse quis, nisi Iure peritus, edocere valet, coniecturis? Hinc videmus Historiam partim narrari partim doceri velle; narramus quae legimus relata; docemus, quae rationibus adstruimus,

§. IX. Imperium dum voco in mea definitione, non solum Germaniam intelligo, sed etiam Imperium Romanum. a) Igitur Historia non incipienda est a Carolo M. aut Ottone M. sed recurrentum ad prima tempora, quia alias multa explicare non possum, cognitione priorum temporum destitutus. Nec Imperatores Rom. plane prorsus sunt praetermittendi, origoque eorum, quia alias me latet unde Imperium & qua occasione dictum sit, nec non quot clades aut Germania a Romanis aut Roma a Germanis accepit.

a) Distinguenda sunt sequentia: 1) alia est Historia Imperii, quae Historiam Imperii Romanorum recenserat a primis regibus. 2) Historia Imperii Romano Germanici, quae a Carolo M. incipit, 3) Historia Imperatorum, quae vias recenserat Imperatorum, qualiter dedit Cuspinianus, & differt ab Historia Imperii quae magis circa fata imperii occupata est, ac illa, quippe quae Imperatores potius considerat ut priuatos. 4) Historia Germanorum, quae statum Geographicum mores & negotiationes saltim recenserat, talem dedit Tacitus.

§. X. Tantum ea volo quae ad cognitionem status pertinent, & quidem ideo, quia Historiam non disco propter Historiam, sed ad cognoscendum interius Jus publicum; secundo ne memoria, quae alias ad omnia tenenda vix sufficit, sub onere rerum inutilium fatiscat. Rece-

dant igitur fabulae aniles, facta principum taedium aut risum extitantia, & miracula conficta. a)

a) Errat du Fresnoy in der Anweisung zur Historie c. 16. putans, iocosa de industria esse intermisenda, ut animus quasi habeat refrigerium. Nam sat multa absurdia & ridicula occurunt in ipsa narratione Historica, quae quidem enumerati possunt, modo non longa disquisitio de eorum fide aliisque circumstantiis instituatur, quia discussioem non merentur, modo etiam non studio accersuntur. Omnis historia delicias animi procreat, expertos etiam inter constat, Seria non magis Historiam amare quam locum.

§. XI. Imprimis docens periodos certas constitutat, in quibus magnam Imperium mutationem habuit. a) fataque sensit, quia sic memoria leuamen accipit. Maxime disputatas res in Imperio, atque Jura, per singulas Imperatorum vitas demonstrare, est rem in hominum mentes solide & firmissime inscribere. b)

a) Varias diuisiones Historiae Imperii inuenimus, alii enim dividunt eam in antiquam, medium, & nouam, quae sectio non admodum accurata, quia membra habet inaequalia, antiqua enim Historia incipit a germanorum origine, si modo eorum origo a primis eunis patueret, media pauca secula recenseret, noua autem in infinitum extenditur, aut non est confusa diuisio. Alii in X. periodos, alii in pauciores eam dissecant. Nos sequentem tabulam inuenimus; quamquam equidem fatemur quod philosophice sit recte comparata, non tamen exakte seriem successionum sequi potuimus. Tabula haec cito.

Germaniae forma fuit vel

{ A.) Aristocratica democratis temperata, ut ante Francorum tempora (*) vel
B.) Monarchia Aristocratis & democratis temperata, in hac floruerunt, vel

a) Reges iisque

{ a) vel partem Germaniae habuerunt, ut Merouingi, Carolomannus, Luvius Iunior (**) &c.

{ b) vel Vniuersam, ut Ludouicus Germanicus, Ludouicus Infans, Conradus I. Henricus Auceps.

b) Imperatores, eorumque dignitas Imperatoria

{ 1) vel non dependebat ab Electione Germanorum, ut Caroli M. Ludouici Pii, Caroli Crassi, Arnulphi,

{ 2) vel dependebat ab Electione Germanorum; scil. ab Ottone M. hi iterum vel floruerunt

{ a) ante interregnum, & sunt

{ 1) Saxones

{ 2) Franci

{ 3) Suevi

{ b) post interregnum, hi iterum

{ a) vel ante Maximilianum I.

{ b) vel post Maximilianum I.

(*) Obi.

(*) Obi. Germani habuerunt reges ergo fuit Monarchia. R. Regum potestas nulla erat apud Germanos, sed solum suadebant, & consilia adferabant. *vid. Tac. M. G. c. 7.* Nec regibus infinita aut libera potestas, & duces exemplo magis quam imperio &c. prasunt, & *c. XI. l. 6.* Rex vel Princeps audiuntur auctoritate suadendi magis, quam iubendi potestate. Quod autem fuerit Aristocratis democratis temperata patet ex *Tac. c. XI. de M. G.* De minoribus rebus Principes consultant, de maioribus omnes ita tamen, ut ea quoque quorum penes Plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur.

(**) Hic est ubi successio turbatur, quia filii ante patrem recensentur, ast quia a liorum diuisiones maioribus nacuis laborant, facile hicce condonandus. Imprimis cum in historicis diuiso non secundam regulas bonae diuisionis potest accurate institui, sed potius regulae ex diuisione, plane contraria methodo, formandae.

6) Non male igitur auditoribus suis consulere videtur, qui quaestiones, quae vel per totam Historiam, vel per certam periodum demonstrari possunt, praemittat, & sic continua quasi demonstratione absoluat. Sic demonstratio sequentium exemplorum per totam Historiam institui vult, 1) Germanos semper gentium fortissimos fuisse, liberatique studiosissimos. 2) Regnum inde nullum hereditarium sed electuum semper habuisse. 3) Hinc Electores semper fuisse, quanquam non collegium electorale seu hodiernus Nouemviratus, hinc inquirendum in eius originem. 4) Principes Germaniae nostrae hereditarios fuisse semper; fabulam igitur esse de principatibus hereditariis sub Conrado I. & Henrico Aucepe cretatis. 5) Germaniam tamdiu Monarchiam Aristocratis & Democratis mixtam fuisse, quamdiu Reges aut Imperatores adorauit &c. Hacc per totum Historiae tractum monstrari possunt, persingulas periodos etiam multa notari volunt. Exemplo sit nobis periodus Carolingica, vbi obseruanus.) origines ducatum. 2) Iudiciorum ordinem. 3) Palatinorum diuersa genera &c. ex qua ultima quaestione dependet omnis resolutio Historiae, multis tricis implicitae, de Francia & provincia Rhenen. *vid. Coccoi. c. 3. Sez. 6. & 7. Iuris Publ.* Hac methodo subleuatur memoria, quia res notatu dignae saepius repetuntur, & certitudo rei proposita, per totum Historiae campum, monstratur.

§. XII. Quare, ut in posterum studiis discentium adsumus, per aliquot Dissertationes, in forma tractatus emittendas, a) demonstrabimus praecipuas Historiae Imperii controversias, & per seriem Imperatorum deducemus: Imperium & Regnum Germaniae semper electuum fuisse, vbi & de origine electorum & haereditaria semper Principum Germaniae possessione dicendi locus erit. Habes igitur hic, de Imperio & Regno Germanico tractatus, dissertationem prooemiam, & quid ex reliquis nostris, L. B. lucubrationibus, Tibi promittere possis, perpende, & si calculum merentur, adde.

a) Hocce Consilium iterum mutavi, quia respondentes difficulter inueniuntur in rebus historicis. Igitur L. B. institutum meum & voluntatem saltim laudabit.

CAP.

CAP. TRACTATIONIS
DE
IMPERATORE IULIO CAESARE NON IMPERATORE.

§. I.

Onibus satis notum est atque perspectum istud prouerbium.
Mutatio non praesumitur sed probanda. Hoc perpendenti mihi
& de Imperio nostro hodie nūm electiō meditanti, & id olim
tale fuisse in mentem veniebat.

§. II. Succurrebat hisce meis meditationibus, demonstrationis de-
fectus adserentium successionem. a) Libertas Germanorum etiam ac-
cedebat, & antiquitas electionis, b) & vtilitas. c) Adserum nostrum
laudi etiam est regnabitibus in Imperio nostro. Nam quia per electio-
nem ad summum culmen euecti sunt, prae aliis ad regnandum aptissimi-
mi d) nati sunt. Quae laus multum crevit, si plures ex una eademque
familia, concatenata serie, ad solium Imperatorum scandunt. Et Pro-
ceres in eo laudem inueniunt, quod semper libertatis acerissimi existente-
rint defensores, & lubentius ad parendum ire quam duci voluerint. e)

a) Obiiciunt v. g. in Gente Iulia per successionem delatum esse Imperium. R. (1)
Adoptiones itae non fuerunt successiones, sed solum adsumptiones in Societatem
Imperii, seu uti Tiberius dicit apud Tac. I. 11. 3. se in partem curarum ab Au-
gusto fuisse vocatum. (2) Nec testamento veram successionem constituebant sine
electione populi, quia testamenta summorum Imperantium solum sunt litterae
commendationes, Grot. L. 1. c. 3. §. 13. n. 1. de I. B. et P. et in voluntate populi
consistit velint in testamento nominatum eligere nec ne. Hinc Tiberii voluntatem
hac in re irritam factam fuisse refert Suet. in vita Calig. c. 14. Nec dimouit nos
Merovingorum et Carolingorum successio diuturna ex rationibus in §. adductis,
& satis clare etiam exinde patet regnum non fuisse successuum, quia demortuo
Ludouico infante, non Carolum eligebant Calum, sed Conradum.

b) Lib. Pol. L. 2. c. 4. Hers. Pol. P. I. Sect. X. §. 8. & 9. ubi passim exempla Grot.
de I. B. & P. L. 2. c. 7. §. 29. not. b.

c) Vtilitas clarior luceat, perpendentibus mala successionis ab Hertio alisque allega-
ta. Imprimis autem electionis vtilitas in eo radiat, quod Regnantes liberis praec-
editi, curam accuratiorem Imperii habeant, atque omnibus virtutibus atque stu-
diis regnabitibus dignis & necessariis imbui evcent principes iuventur, vt po-
puli aut procerum fauorem accipiant nec in electione praetermittantur. Imprin-
mis cum non prudenter sit desultoriā, ab una familia ad alteram electio-
nem exercere.

d) vid. Lips. L. c.

e) Hert. Pol. P. II. Sect. V. §. 1. Nos, inquit, electionem vix vtilem reipubl. ex-
istimat.

istimamus, nisi ubi populus est stabilis ingenii & praeclarae virtutes, simul autem ferre nequit, improbos dominantis mores, saepe tolerandos in regnis mere hereditariis. Eo vero ingenio cum perpauci sint &c.
Videmus igitur quanta sit Principum Imperii nostri virtus.

§. III. Calcaria porro mihi in hanc rem inquirenti, omnium eruditione celebris *Grotius* addebat, qui in libro aere quoquis flatio cariore de I. B. & P. a) hanc vel unico verbo seminavit opinionem; a Gronouio tamen valde vapulat b) verbosis ibi in notis adiectis, vbi exempla & a *Gratio* in notis adiecta, & alia a semetipso adducta, infringere conatur, & ostendere aut per vim quandam imperium inuasisse c), aut per alias illicitas artes occupasse Romanos imperatores. Quia igitur *Gronouii* opinio contrariatur historierum fidei, permeeinus notabiliores periodos & historiae Romanorum & Germanorum, & electionem demonstremus.

a) L. 2. c. 9. §. II. n. 1.

b) dum dicit: *Imprudente Grotium hoc posuisse & in notis incautius reddidisse, &c.*

c) dicit: *nunquam ne semel quidem aliquem Imperatorum peruenisse per electionem ad boce fastigium, iulum & Octauium tyrnudi speciem addidisse solum.*

§. IV. In hac lustratione imperatorum primus fese offert ex vulgari opinione a) Caius Julius Caesar. Quam sententiam vulgarem infringere praecepit adhinc, insimulque demonstrare, titulo Imperator, eum summam non habuisse potestatem, id quod etiam de Octauii initio adfirmamus. Interim tamen quicquid potestatis habuerunt, consensu & electione populi tenuerunt.

a) *Caepianus in viis Imperatorum & Caesaram, etiam cum primum nominat, ex fuculenis hercle rationibus, ita enim objectionem excipit aucta sibimetipse motam: At ego quum considero, appellationem Caesaram ab eo propagata, tanquam a viro animi vigore praestantissimo, (et Plinius ait): cuius virtus, constantia, sublimitas, omnium pene capax fuit quae corlo continentur: utpote quod proprio vigore celeritateque quasi quoddam igne volviri, scribere & legere, simul dicere & audire consuevit. Quaternas enim tantarum rerum rerum epistolae pariter librariis dittare, ac si nihil aliud ageret, septem solitus erat. Et qui signis collatis, quinqueages dimicauit, M. Marcellum transgressus, qui unde quadrages dimicauerat. ac undecies centum & nonagesima duo milia hominum praelia fecit (praeter civiles victorias) occiderit: Quique clementia omnes actus suas superauerit usque ad poenitentiam magnanimitate, liberalitate, magnificentia incomparabili, sublimitate animi inuitatis omnes superando, iure ab eo iustum sustinendum daxi. Quam validula igitur finit haec argumenta, vltimis labris, qui attigit principia politica quis non videt? Tacebo quod omnes ferme caussac de Sullam & Pompeium tangant, cus hos non*

L

recen-

recenset? Est tamen creberimum Cuspiniani, qui alias ab omnibus historicis laudatur, vitium, quod in Elencho Imperatorum, propterea non Imperatores, recenset e. g. Ludoticum infantem, Conradum I. Henricum Aucupem, ex leuibus ac stringentibus rationibus, quas recenset in vita Ottonis III.

§. V. Ante tamen definitio Imperatoris erit proponenda, quam, pedem promouemus, ut amissim habeamus, ad quam infra dicenda expendantur. *Est* mihi autem *Imperator Romanorum* *is*, qui *summam* *ubique*, *sub Imperatoris aut Principis nomine*, *potestatem habet consensu*, S. P. Q. R. 4) (*bodie Electorum*) *expresso vel tacito*. Duo igitur potissimum requireo 1) nomen summam potestate coniunctum, ne quis credat solum nomen summam adferre, aut ambiguo vocis sono decipiatur, credatque omnes Imperatores summam habuisse, principes autem minus. Summam tamen habere potest quis salvam, quamquam per pacta in hoc vel illo exercendo S. P. Q. R. aut Proceres admittit. Alias enim nec Reges Romanorum primi quidem, summam tenuissent ut clare ex Dionys. & Lin. monstrat ο πάντα Grotius de I. B. § P. L. I. c. 3. § 20. n. 5. & 6. Sed sufficit, si actus eius alterius iuri non subsint, ita ut alterius voluntatis arbitrio humanae irriti possint reddi. id. ibid. §. 7. n. 1. 2) Requiero electionem expressam vel tacitam. Tacitam addo, nam quod quis per alium facit id ipse fecisse putandus est. Cessat igitur Gronoui sagillatio, putantis, eos tyrannos atque regni inuasores fuisse, quos militum elegit corona. Electionem porro solam requireo non inaugurationem, quia illa Imperatorem & regem constituit: Ill. Coce. I. P. c. VIII. §. 1. haec autem non, estque inuentum nouum. Lebmann. Chron. Spirens. L. III. c. 22. & Lib. V. c. 68.

a.) Obi. Carolus M. per Pontificem electus est. R. 1) Ponifex ciuis primarius fuit & hunc uoce pronunciauit P. R. Carolum M. Imperatorem. vid. Grot. L. 2. c. 9. §. 11. n. 2. 2) tacitus consensu adest, quia Populus R. deinde Carol. semper Imperatorem agnouit 3) Adeo plenum non est an a solo Pontifice electus fuerit, an a populo consentiente, quia ab Anastasio in vita Leonis dicitur, quod Carolus ab omnibus, tum scil. in Basilica praesentibus, constitutus fuerit Imperator, & quod universi fideles Rem. unanimiter altisona voce acclamauerint. Ziegel, in not. ad Grot. c. 1.

§. VI. Quod ad primum definitionis requisitum attinet, legitimus in historiis, Iulium multa Imperatoria & Monarcharum nomina tenuisse, quea tamen tunc temporis non talia erant, nec vilam sum-

summitatem adnexam habebant. Igitur ea omnia aestimanda sunt non ex nostro aeuo, sed Iulii. Quamquam & haec profusissima titulorum adsumptio, inter facta, quae Caesarem praegrauarunt, legitur. Ita recepit Praenomen ^{a)} Imperatoris & cognomen Patris patriae apud Suet. in Caes. vita c. 76. Dio. Cass. L. 44. p. 235. ubi legitur, quod Imperatoris titulum eo modo acceperit, quo nunc ii, qui summum Imperium obtinent hoc, est perpetuum & ad heredes successores transitorium. Olim enim solum erat acclamatio, qua populus Romanos illos honorabat qui victrices in vibem reportabant manus, aut per thriumphum viatos hostes ducebant. ^{b)}

^{a)} Plurimae erant gentes Romanorum, patriciae partim, nam patricii antiquissimis temporibus Reipubl. soli gentem habere dicebantur, Liu. X. 8. partim plebeiae, quae exortae sunt cum honores, connubia &c. cum piebe communicarentur. Hae singulæ, singulis nominibus clarescabant, & a plurimi descriptae sunt, e. g. a Fulvio, Vrsono, Carol. Patino &c. Singulæ gentes in diuerisas abibant familias, & familiae iterum saepenumero in nouas stirpes. Hinc tota plaustra nominum Romanorum, Gerebant etenim PRAENOMEN, NOMEN, COGNOMEN, & AGNOMEN. Sie C. Julius Caesar habebat Praenomen Caii, quod eius personæ proprium erat, porro Iulii nomen gerebat, quod gentilium erat, quia ex gente Julia ortum trahebat, tandem Caesaris, quia ex familia Caesarum. Vnde autem Caesares dicti sine varia Scriptorum opiniones referunt Alex. ab Alexandro gen. dier. L. 1. c. 9. Cuspinian. in eius vita. Spartianus in Aelio vero c. 2. Et si non sine mascula prole defunctus, forsitan & stirpis nouae inuentum fuisset agnomen. Hic culpat Suetonius in nostro, quod quasi proprium nomen esse voluerit, Imperatoris, quod exemplum deinde secuti sunt Imperatores Romanorum vid. prooem. Inft. Inft. ubi titulum praemisit. Cur & quando autem factum sit, ut omnes Principes Romanorum posteriores & Imperatores & Imperatoris & Caesaris nec non Augusti titulos seruauerint? monstrabimus in Diff. 2. Vbi de Adoptionibus in gente Julia agendi locus erit.

^{b)} Quia locus supra a nobis Dionis citatus notatu dignus est exscribamus cum ad verba: Εἰ δὲ δὴ τῇ νίκῃ ἐκένται τε, ὅτα ἀπόν, οὐ γεωισταὶ ἔγρω, καὶ προσέτει αὐτὸν τε ἐλευθεροτὴν [καὶ] ἐνέδουν καὶ ἐς τὰ γραμματικά αἰνέγραφον, καὶ ταῦτα ἐλευθερίας δημοσίᾳ ἐψήφισαντο· τό, τε τὰ αὐτοκεφάτορος ὄνομα, ὃ κατὰ τὸ ἀρχοῖσιν ἔτι μόνον, ὡς περ ἀλλοι τε καὶ ἐκεῖνος ὁς πολλάκις ἐκ τῶν πολέμων ἐπεκλίθησαν, ὃνδ' ὡς εἰ τινὰ αὐτοτελῆ ἥγειροντας οὐ καὶ ἀλλοι τινὰ εὑξουσίαν λαβόντες, ἀνομάζουσι, αἱδαὶ καθάπαξ τότο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κεῖτος ἔχοις διδόμενον, ἐκεῖνο τέτοιο περάτῳ τε καὶ περάτον, ὥσπερ τοις κύριοις, προσέθεσαν, καὶ τοσάντη γε ὑπερβολῆ πολακίας ἐχρήσαντο, ὥσε καὶ

τὸς παῖδας τὸς τε ὁγγόνος ἀντὶ θώ καλῶθαι ψηφίσαθαι,
 μήτε τέκνου τὶ αὐτῷ ἔχοντος, καὶ γέροντος ἥδη ὄντος ὅθεν περ καὶ
 ἐπὶ πάντας τὸς μετὰ τάυτα ἀντομβάτορας τῇ ἐπικλήσῃ αὐτῇ, ὡς
 πέρ τις ἴδια τῆς ἀρχῆς ἀυτῶν θύσα, παθάπερ καὶ ἡ τῷ καίσαρος,
 φίνετο ἢ μέντοι καὶ τὸ ἀρχαῖον ἐκ τούτων κατελύθη, ἀλλ᾽ ὅτιν
 ὑπάτερον καὶ διὰ τέτο καὶ δεύτερον ἐπ' ἀυτῶν ἐπάγεται, ὅταν νί-
 κην τιὰ τοιάντην ἀνέλωνται· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸ τέτο κατορθώτοις,
 ἀπαξ τῇ προσηγορίᾳ ταῦτη, ὕσπερ ἐν ταῖς ἀλλασσαῖς καὶ πράτῃ γε-
 χρόνταις οἵς δὲ ἂν καὶ διὰ πολέμων ὅξιον τι αὐτῆς κατορθώσῃ, οἵτοι
 δὴ καὶ ἐκείνην τὴν αἴσδε τῷ ἀρχαῖον προσλαμβάνονται καὶ τάτους καὶ
 δεύτερους τὰς καὶ τρίτους, πλεονάκις τε, ὕσπερος ἀν παράτηχοι, αἱ μο-
 κράτωρ ἐπονομαζέται ταῦτα τε ὃν τότε τῷ καίσαρι, καὶ σινιάν,
 ὡς εἰ τῷ δημοσίῳ ὀκνεῖν, ἵερομηνίαν τε ἐνέχειστον, ὕσπερος ἀν νί-
 κητε τις συνεβή καὶ θυταῖς ἐπ' αὐτῇ γέγνεθαις καὶ μήτε συγενεῖ-
 σαι τιὰ μῆδος ὅλως ἐπικοινωῆσαι τῶν καταπραχθέντων, ἔδοξε. οὐ
 μὴν αἷδες ἐκεῖνα μὲν εἰ καὶ μέτερον ἔξει τε τῷ καθεστηκότος σφι-
 σιν ἔδοξε εἶναι, ὅντες καὶ αἰδημονεῖσται ἦν Porro Senatus non
 hact modo, quae recensui, propter vittoriam caesarium (contra Pompeium) de-
 creta fecit, sed nomen ei praeterea liberatoris tribuit, atque ita in fa-
 flos retulit, praeterea decrevit, ut libertati aedes publice extre-
 retar. Imperatoris quoque nomen, non antiqua tantum pro conjecturine, qua-
 id cum aliis, cum ipse quoque saepius ex bello reportauerant, neque ea ratione, quod
 eis erunt imperium absoluamque potestatem deferrent, Caesari tribuerunt sed eo
 modo, quo nunc illi, quis sumimus imperium obtinere, tam primo Caesari primum
 imposuerunt, tanquam ipso proprium. Ex etiam adulatioinis progressi sunt, vt filios
 quoque eius nepotesque, illi nominari iubent, quem neque filium ipse ullum ha-
 beret, Et iam senex esset. Id vero nomen Imperatoris a Iulio, quemadmodum etiam
 Caesaris nomen, tanquam peculiare summum Imperii cognomentum, ad omnes dein-
 ceps imperatores distinxerunt, non tamen sublata antiqua huius nominis ratione, sed
 utique integrum. Itaque denouo Imperatoris nomen adsciscit, qui vittoriam eo dignam
 obtinuerit. Imperator igitur nomen, ut reliquias, omnibus ex aequo Imperatoribus
 primum tributur: qui vero in bello rena eo cognomento dignam gesit, is antiqua
 consuetudine Imperator denouo salutatur. Unde fit vt quis secundo, tertio, ac toties
 omnino, quoties id mereantur, Imperator nuncupetur. Aedes praeterea publicae Caes-
 ari ex decreto concessae sunt; utque dues quibus viciisset, festi essent sacrificaretur
 que in: ac ne que militiae imperium cum Caesare habere, aut rei conflectas pare-
 rem sibi vindicare auderet. Enimvero hec omnia, et si nimia ac insolentia esse vi-
 debantur, tamen a statu populari Republicae non abhorrebat. Ex quo loco se-
 quentia narranda veniunt. 1) Julius primum fuisse, qui Imperatoris titulum ges-
 sit in perpetuum, quia Pompeium vicerat, & fortuna fauente consilios quasi
 triumphes regeret, 2) ab eo hoc nomen, Imperatores Romani, ut & Caesaris
 nomen

nomen, acceperunt, cur & quomodo demonstratur in Diss. 2. 3) Duplex, Imperatoris nominis, significatio exinde elucescit, aut enim nomen est perpetuum, summa Reipubl. tenentium, aut ad certum tempus datur illis, qui bello inclaverunt, & toties sic vocantur, quoties singulare praelium aut triumphum agunt. 4) Hoc nomine Imperatoris Julium non summam imperii accepisse, sed solum hereditarium nomen, liquet ex Dionis verbis dicentis: non ea ratione, quod ei merum imperium absolutumque potestatem deferrent Imperatoris nomen tribuerunt, & paulo infra dicit: eti baec nimia essent, tamen a statu Reipubl. democratico non abhorrebat. Nunc autem status Monarchicus absolutus, quem Imperatores reliqui habuerunt, vulgoque Julio adscribitur, & democraticus qualis erat Romanorum, inter se pugnant, accedit, quod paulo post dicat, alia accepisse Iulium, quae statum Reipubl. inuersissent, quae, qualia fuerint, videbimus excedentes requisitum secundum in definitione Imperatoris. §. 8. Et not. adpos. Nec nos dimouet ab opinione nostra, quod Auctor dicat, eo modo Iulium Imperatoris nomen accepisse, quo nunc iis, qui summum Imperium obtinent, tum primo Caesari, primum imposuerunt tanquam ipsi proprium. Nam haec quo nunc iis, qui summum imperium obtinent imponitur, intelligenda sunt non de summitate, sed proprietate, quod patescit ex verbis paulo post sequentibus: tanquam ipsi proprium, seu vti Suetonius loquitur c. 76. Praenomen Imperatoris recepit. Errat igitur Cuspinianus insignem errorem, qui quidem locum Dionis ita etiam videtur interpretari sicuti & nos, ast Suidae Auctoritatem magis aestimat quam Dionis, contrarium statuens. Suidas enim scriptor nouus, quanquam de seculo non inter se conueniant erudit, quo vixerit, Auctoritati Dionis non magis derogare potest ac ipse Cuspinianus, verba haec sunt. Adhaec Imperatoris praenomen decreto est ei a senatu datum, quod cupide accepit! Non (vt Dion scribit) tanquam maximas aliquius pugnae vitori, neque summa dignitate praedito, sed veluti omnium rerum Domino, a quo ceteri Imperatores, nomen praetexere, ab illoque Imperatores Romanos ac Caesares nuncupantur, tanquam a primo, qui in Romana Republ. obtinuit principatum, & primam Monarchiam, (vt Suidas dixit) arripuit. Accutatus insipienti locum Cuspiniani patebit, cum non recte adsecutum esse Dionem, quia non vt triumphator nomen ad tempus accepit, sed perpetuum vt teneret.

§. VII. Imperatorium Iulii dum lustrauimus nomen, vidimus, quod teste Dione non iunctum fuerit cum summa potestate; Nunc an expresse vel tacite electus sit, vt Monarchiam teneret, videbimus. Electiones quidem legimus in vita Nostris & quicquid habuit consensu populi, a) habuit, sola excepta potestate Monarchica.

a) Tribunus factus est per suffragium populi. Suet. in eius vita c. 5. Conciliatib populi favore, tentauit per partem tribunorum, vt sibi Aegyptus provincia plebiscito daretur, deposita provinciae spc, Pontificatum maximum petiit id. ibid. c. 11. & 13. eumque per suffragia, superando omnes competentes, accepit. ibid. Dio L. 37. p. 46. Praetor creatur redhostimenti loco, ob detectam coniurationem Catiliniam Suet. c. 14. Consulatum petiit & ne eo excluderetur, triumphum ducasit, Suet. c. 18. Dio L. 37. p. 24. secundus consulatus vt ei daretur, audiuit, & compos peccii factus est, Suet. c. 26. Dictator more patrio factus est, quia

Lepidus Praetor populo confulerat, ut Caesarem Dictatorem dicerent. Dio L. 41. p. 170. Quam dictaturam deinde annuum consensu populi accepit, & tribunitiam potestatem per omnia vitam accepit, nec non quinque continua annis consulatum, id. L. 42. p. 194. Dictator in decennium cum multis aliis honoribus constituitur Dio L. 43. p. 220. Dictator perpetuus creatus est. Dio, Lib. 44. p. 244. Ex quibus omnibus patet, quod summus honor ei fuerit expresse concessus Dictatoris, nunquam regius aut potestas Monarchica,

§. VIII. Dixi autem supra in nos. b. ad §. 6. ex Dione, Iulium quae-dam accepisse, quae statum Reipubl. inuertissent, quaenam igitur sint, videamus: ita enim dicit Dio Lib. 43. p. 236. *alia autem decreta sunt ei quae regem ipsum palam facerent.* Quippe omnes magistratus eius potesta-ti, etiam plebeios permiserunt, ipsiusque Consulem ad decennium continuum, sicut ante dictatorem, constituerunt, vique solus milites haberet, solus pu-licas pecunias curaret, iusserunt. Habet quidem adhuc nonnulla Dio, quae tamen tanti non sunt ut hic enarrentur, & regia esse refutan-tur, quia & Brutus habuit, tamen nunquam propterea Rex vocatur. Haec autem, quae recensui aut sine limitatione non sunt assumenda a) aut communia cum potestate dictatoria, b) aut denique decreta sunt ei a paucis e populo iisque adulatoribus c) contradicenti-bus cordatioribus & libertatem antiquam volentibus. d)

a) Nam magistratus non solus in sua potestate habuit, & quicquid habuit non semper exercuit, ita enim semetipsum refutat Dio. L. 43. p. 237. Reliqui Magis-tratus in speciem quidem a plebe & populo secundum instituta maiorum deligeban-tur, recusante Caesare id muneris, ut ipse eos constitueret, & p. 239. Horum (scil. Magistratum) dimidiam partem Caesar, quod lege quadam ei concessum fuerat; designabat. Sine limitatione in Dione obseruandum quod nimius sit in deprimenda libertate Romanorum & extollenda potestate Caesaris, quare acriter fac-pe facta S. P. Q. R. persingit, & generaliter adserit, quae cum limitatione intel-ligenda, quale exemplum hic habemus.

b) Nam Dictator crebatur in bellis grauissimis igitur & militum curam gerebat. Liu. II. 18.

c) Honores ei detulerunt alii studio adulandi eum nimio, alii ut eum obtrectationi-bus exponerent, & paulo post, Maior tamen pars haec eo agebant, ut ipsi in maiorem inuidiam reprehensionemque adducto, perniciem maturarent, idque con-silium ementus probauit. Dio, Lib. 44. p. 343.

d) vid. infr. §. sq. facta quoque eius passim irrita facta sunt, exemplum vid. a-pud Dio. L. 43. p. 195.

§. IX. Expressum igitur consensum S. P. Q. R. nullum inueni-mus an igitur forsitan tacitum elicere possumus? Ast ne hic quidem adest,

adest, tantum enim abest ut populus Romanus tacite in Monarchiam consensisset ut potius omni nisu eam auersatus sit. a)

a) vid. Suet. c. 76. 77. imprimis autem 78. & 79. vbi dicit; quod, quia sedens excepit adeuntes se, cum plurimis honorificissimumque decretis, uniuersos patres conscriptos, praetipuam & inexpiablem fibi iniuriam binc maxime mouserit. Et paulo post: Idque factum tanto intolerabilis est visum, quod ipse, triumphanti, & subsellia tribunitia praeteruebenti fibi, unum e collegio Pontium Aquilam non adsurrexisse, adeo indignatus sit, ut proclamauerit; Repece ergo a me Aquila Rempubl. Tribunus. & porro: Adjecit ad tam insignem despetti senatus contumeliam multo arrogantis factum, quod cum quidam e turba statuae eius coronam lauream, candida fascia praeligatam impossuerit. & Tribuni plebis coronae fasciam detrahi, bominemque duci in vincula iussissent, Tribunos graniter increpitos potestate priuauerit, porro: Quin etiam varia fama percrebuit, migraturum Alexandriam vel Ilium translati simul opibus imperii, tandem, dicebatur, ut, quoniam in libris fatalibus contineretur, Partbos nisi a Rege, non posse vinciri, Caesar Rex adpellaretur. Nunc sic concludit Suet. c. 80. Quae causa coniuratio maturandi fuit destinata negotia, ne azentiri necesse esset. Coniuria igitur dispersim antea habita, & quae saepè bini terniue ceperant, in unum omnes contulerunt: ne populo quidem iam praesenti statu laeto, sed clam palamque detractante dominationem, atque adfertores flagitante. Et quas Suetonius causas coniuratiois adfert, scil. adfectum dominarum, easque refert pasim Dio Lib. 44. c. 8. p. 244. Accedit ad augendam suspicionem, quod deinde dictatorem se perpetuum (dici 618) creare passus est. it. p. 245. Caesaris vitio datum est, quod cum odio perseguiri deberet eos, qui ipsi Regis nomen obtulissent, si omisisti Tribunos plebis accusasset. Haec cum ad hunc modum euenerint, alia insuper res incidit, quae euidentius argueret, ipsum regium nomem verbis respuere, ut vero ipse adficeret. Laspercalibus enim, cum pro Rostris aurea sella consedisset, regia veste aureaque corona exornatus, Antonius eum cum collegis sacerdotibus regem salutauit, diademaque imponens. Hoc, inquit, populus tibi per me exhibet. Caesar responso dato solum louem Romanorum Regem esse, missaque in capitoliū diadematō, nihil aliqui succensuit, quin etiam in acta publ. referri iussit, regnum se, a populo fibi per consulē oblatum, non accepisse, deinde latissime exponit odii propterea in eum excitata. Et adeo libertatem adamabant Romani, ut ne dictatoris nomen, ob adfектam Caesari potestatem, postea audire poterant, ita enim Dio L. 44. p. 267. Consules legem tulerunt, ne quis in posterum dictator crearetur, exercitacionesque addiderunt ac mortem ei, qui mentionem dictaturas fecisset, aut eum magistratum in se recipuisse, pecuniamque ei, qui talen occidisset, constituerunt. Et quae haecenus adduxi ex Suetonio & Dione de imparentia populi Rom. in toleranda potestate monarchica, facile etiam ex Plutarcho probari possunt, sic enim in vita Caesaris p. 736. edit. Frs. Wechsel. 1599. loquitur: Redeuntem Alba ad urbem Caesarem aucti fuerunt salutare Regem. Indignante populo ille offensus, non regem ait se, sed Caesarem vocari. Ibi cum obtiuisserunt cuncti, plane tristis dolensque transit.

§. X.

§. X. Dubia tamen adhuc quaedam nascuntur, vtrum forsitan solum nomen regium Romani audire noluerint, an vero insimul etiam omnia potestatem respuerint? Quod nomen regium inuisum fuerit patet ex *praeced. not.* & quae legimus de regibus prioribus apud *Flor. L. I. cap. 9.* Quod autem sub alio nomine eandem potestatem ferre non addubitauerint, forsitan adeo planum non est. Ast ex c. 80. *Suet. in not. antec. citato* nec non ex *Plutarcho clarissime* patet, quod ob regnandi cupiditatem a) odium in se concitauerit. Dubium adhuc aliud, priori e regione oppositum, oriri potest insipientibus locum *Dionis Lib. 53. p. 499.* vbi sic Augustus ad populum loquitur: *Nullum aliud est quod potius praedicem, aut quo magis glorier, quam quod regiam potestatem & is (pater Iulius) a vobis datam repudiauit, & ego eam habens depono.* Nam hic locus euincere posse videtur, Iulium regiam potestatem a populo delatam non accipere voluisse. Tantum igitur abest, inquiet aliquis, vt consensum nec expressum nec tacitum in regnum habuerit, vt potius eum repudiauit. Ast primo hic sermo non ab Octavio ipso est confessus, sed ab Historico, vti omnes orationes Historii insertae, Dio autem in extollendis honoribus & potestatibus Iulii nimius est, ergo fides ei non habenda, 2) quotquot potestatis regiae titulos atque honores habuit ab adulatoribus eiusque paucis habuit. c) 3) Hic locus explicandus est ex loco *Lib. Dionis 44. p. 245. in not. praece. adlegato*, vbi in annales scribi iussiferat, *regnum se, & populo sibi per consulem oblatum, non accepisse.* Cum tamen nec populis nec alias Senatorum consensisset, sed Antonius ex propria cum sacerdotibus auctoritate, id fecisset.

a) *in vita Caesaris p. 75. At odium maxime illustre in eum & funestum efficit regni cupido.*


b) *Ista. Lib. 43. p. 237. Erant Caesaris actiones, iis qui vel accipiebant, vel expetabant munera, quique Respubl. suam utilitatem anteferebant admodum gratae, ceteri aegre feribant, variosque inter se sermones conferebant, & quibus id tuto licebat, libera voce libellisque sine auctore disulgatis reprehendebant. Huc pertinet & Exempl. *Suet. c. 79. & in not. §. praece. allegatum.**

§. XI. Tandem & murmura obiciuentium audio, Iulium Dictatorem fuisse, hic magistratus autem summam habuisse potestatem. *vid. Grot. de I. B. & P. L. I. c. 3. §. 11. n. 1. & 2. L. 2. §. 18. ff. de O. I.* Qua fronte igitur

igitur adfirmare possim, mirantur, quod Iulius non tacitum populi consensum habuerit ad tenendam summam Imperii, cum non ad semestre spatiū solum, sed & per longius tempus, immo perpetue Dictaturam adquisivisset. Horum dubia sequentibus eximere annitor. 1) Si habuit potestatem Monarchicam ut Dictator, cur adfectauit maiorem? Cur inuisae erant Caesaris Actiones Romanis, potestatem aliquam spirantes absolutam? Igitur Dictator non habuit id quod Monarcha, neque semestre qui floruit spatiū, nec is qui diutius. Nam legimus exempla, de potestate eorum prorogata, e. g. *de Canillo in Plutarcho, de Papirio Cursore*. Igitur & hi in Catalogo Imperatorum es- sent recensendi, aut his regnantibus perdidisset Democratia suam formam. Nec dimouet me perpetuitas dicturae a sententia mea Nam si haec Monarcham & Imperatorem facit, Iulius Caesar non est primus in elencho Imperatorum, sed Sulla, qui dictaturam perpetuam prius & diutius etiam tenuit Iulio, hic enim vix annum superuixit ab acquisita, & cur maiora adpetebat, etiam hac iam adepta? 2) Qued ad Dictaturam Caesaris perpetuam attinet, eam non habuit consentiente S. P. Q. R. omni, sed iis solum qui praemia aut laudem in adulando quaerebant, propriamque salutem Reipubl. anteponebant, vti adparet ex *Dion. L. 44. p. 244. & Suet. c. 78.* Igitur a nonnullorum confessu, ad omnium concludendum non est. 3) Summa potestas non statim est Monarchica, alias in Aristocracia & Democracy summa potestas non existit, & regnantibus dictatoribus forma democratica Romanorum exspirat, id quod negat *Dio. supra §. 6. not 2. cit.* A Dictatore autem ad populum provocatio valebat, vti dicit Festus voc. optima lex. Sic contra Papirium Dictatorem, teste Liuio, ad populum prouocauit M. Fabius, & contra M. Furium Camillum dictatorem plebiscitum conditum ut si M. Furius pro dictatore quid egisset quingentorum millium aeris ei multa esset *vid. Liv. VI. c. 38.* Hinc Dictator quaedam iura exercenda tantum habuit, quae nullius correctioni erant subiecta, reliqua manebant penes populum, vnde & Tribuni plebis non abdicabant, vti reliqui Magistratus, quorum locum supplebat Dictator, ne angustissimis temporibus, consilia, ob multorum vota, retardata, hosti occasionem praebent oras Reipublicae praemendi. Qualem igitur potestatem habebat tempore pa-

90 DE IMPERATORE JVLIO CAESARE NON IMPERAT.

cifico magistratus abdicatus, talem exercebat Dictator temporibus ob belli iniurias, turbulentis. Nec aliquid praecepui est, quod eius facta non poterant annullari; semper enim aliquem hostem concernebant, siue extraneum siue intestinum, cum quo actum erat, aut belligerando aut pacta condendo, si igitur aliquid innouassent Romanii, bellorum vulnera recruduisserent. Ceterum Romanorum Dictator & Saxonum Satrapa, ingruente bollo electus, maximam conuentiam habent officiorum Vterque enim ad bellum, vterque ad citius expediendas res & consilia captanda, vt cetera taceam, electus est.



INDEX

INDEX RERVM.


<i>A.</i>		<i>Cives quinam sint?</i>	-	42.
<i>Actio iniuriarum obtinet contra Iudicem</i>	p. 55.	<i>quando exorti?</i>	-	ib.
<i>Densificatorem</i>	57.	<i>Consensus populi R. ad SCia & Plebisc.</i>	-	22.
<i>Actiones hominum morales sunt obiectum iuris</i>	1.	<i>requiriuntur.</i>	-	22.
<i>Actionum nomen est generale</i>	5.	<i>Constitutiones Principum.</i>	-	24.
<i>Actio non datur ei qui b. f. in alterius fundum aedificauit</i>	14.	<i>Consueto</i>	<i>eius requisita</i>	29.
<i>Album Praetoris quid?</i>	27.		<i>Thomassi opinio reicitur.</i>	30.
<i>Amittitur & Acquiritur possessio sine villa immo iniusta causa</i>	6.			31.
<i>Appellare non licet a sententia de Interdicto lata</i>	6.	<i>D.</i>		
<i>Auctoritates praescriptae</i>	27.	<i>Definitio I. N. in pr. I. de I.N.G. & C.</i>		
		<i>quomodo explicanda.</i>	-	33.
<i>B.</i>		<i>Dictatores quoque plices, eorumque potestas.</i>	-	88. sqq.
<i>Beneficium urbanum, Bürger, Lehns</i>	35.			
<i>eius origo</i>	41.	<i>E.</i>		
<i>interitus</i>	48. sq.	<i>Edicta Praetorum</i>	-	25.
<i>incommodum quod peperit interitus</i>	50.	<i>perpetua.</i>	-	26.
<i>Bellum quid?</i>	68.	<i>Emendae quantias.</i>	-	55.
<i>Burgimagistri Feudum</i>	35.	<i>Extraordinaria Iudicia.</i>	-	18.
<i>C.</i>				
<i>Castellaniæ Fendum</i>	36.	<i>F.</i>		
<i>Castellan quis.</i>	ib.	<i>Feudum urbanum.</i>	-	35.
		<i>Fundamentum moralitatis.</i>	-	69.
<i>G.</i>				
		<i>Geburmeisterschafft.</i>	-	36.
		<i>Guardiae Feudum.</i>	-	35.

INDEX RERUM.

H.	I.	L.	M.	N.	O.	P.
<i>Historiam discentibus quid opus.</i> - 75. <i>docentibus.</i> - ib.	<i>Ius quid?</i> - - - 17. sqq. <i>Ius Feudale commune.</i> - - 47.					
<i>Historia Imperii quid sit?</i> - 76. <i>eius divisiones.</i> - - 77. <i>Pragmatica.</i> - - ib.	<i>Ius scriptum & non scriptum definitur ex mente Dd.</i> - - - 21. <i>ex mente nostra.</i> - - 22. & 26.					
<i>cum discatur.</i> - - 78. <i>eius periodi.</i> - - ib.	<i>Iudex quis?</i> - - - 17. <i>Iudicium quid?</i> - - ib.					
		<i>Iulius Caesar non est Imperator.</i> 81. <i>quae singularia habet, ab adulatoriis accepit.</i> 86.				
		<i>dubia remouentur.</i> - - 88.				
	I.					
<i>Imperium quid significet?</i> - 77. <i>semper fuit Elecluum.</i> 79.						
<i>Obiectiones remouentur.</i> 80.						
<i>Imperatoris definitio.</i> - - 82. <i>requisita.</i> - - ib.						
<i>Ingenui.</i> - - 42.						
<i>Institutiones unde collectae.</i> - - 37.						
<i>Interdicta olim erant verborum concep- tiones.</i> - - 15. <i>cur recenseantur in L.</i> 38. <i>§. 5. & 11. ff. de usur. & fruct.</i> - - 16.						
<i>Interdictum de itinere actiune differt a reliquis.</i> - - 4.						
<i>Interdicta producunt actiones reales & personales ex mente Dd.</i> - ib.						
<i>Iudices facile ad inquisitionem ne pro- labantur.</i> - - 59.						
<i>Itoris vocabulum diversimode accipi- tur.</i> - - 74.						
<i>Ius in re vulgo quot species habeat.</i> 2. <i>definitur.</i> - - ib.						
<i>Ius possessionis a possessione non differt.</i> 3.						
<i>Ius rerum distinguitur in ius in re, ius ad rem & ius possessionis.</i> - ib.						
	L.					
		<i>Lex Regia.</i> - - - 28.				
		<i>Leges quomodo condebantur.</i> - - 23.				
		<i>Leviathan Hobbesi quomodo diuida- tur.</i> - - - 62.				
		<i>Liti.</i> - - - 42.				
	M.					
		<i>Media Iurisprudentia.</i> - - - 27.				
		<i>Monarchiam auersatur Pop. Rom.</i> 87.				
	N.					
		<i>Nobiles quinam.</i> - - - 42.				
		<i>Nobilis non sit, qui ab Imperatore Feud. nobile accipit.</i> - - - 47.				
		<i>Nomina interdictorum & reliquarum actionum diffidunt.</i> - - - 5.				
	O.					
		<i>Obiectum iuris.</i> - - - 1.				
		<i>Obiectum possessionis.</i> - - - 4.				
		<i>Ordo Procedendi in Interdictis.</i> - - 5.				
		<i>Origo possessionis.</i> - - - 4.				
	P.					
		<i>Pauliana actio qualis.</i> - - n. sq.				
		<i>Personarum ius ubi tractatur.</i> - - 2.				
		<i>Pedanei Iudices sublati.</i> - - - 15.				
		<i>Philosophia IClorum.</i> - - - 20.				
		<i>Ple-</i>				

I N D E X R E R V M.

Plebis <i>cita.</i>	23.	Responſe Prudentum,	26.
Populi & plebis differentia.	ib.	Rufſici quando orti,	42.
Poffiſſo non eſt ſpecies Iuris in re.	3.	Rügemeiſter.	56.
Probatur legibus.	ib.		S.
remouetur obiectio.	4.	Senatus Consulta.	24.
non tranſit ad heredes.	7.	Sententia, quae inquisitum abſoluit, in expenſas tamen condennat non eſt toleranda.	58.
in ff. & I. vltimo loco trahatur.	ib.	Status bellicosus Hobb. oritur ex adfe- ctibus.	63.
Pontifex eſt ciuiſ primarius Rom.	82.	qui in eo viuunt, contra na- ram viuunt.	64.
Praetor quis?	17.	Status naturalis queſuplex.	73.
Praetorum edita.	25.	Subinfeudatio in F. Urbano locum non habet.	42.
albuſ.	27.	Rationes.	ib.
Prædium urbanum.	36.		T.
Praejudiciales actiones.	2.	Thesauri poſſeſſionem amittit, qui lo- cum ubi condidit inuenire non po- teſt.	11.
Principium primum definitur.	66.	Titulos ſine re habet Iulius Caſar.	83.
eius requiſita.	67.	Tutela pertinet ad res.	2.
Principia Hobbesii.	70.	cur de ea L. i. I. agatur.	ib.
Principiam cognoscendi primum Hob- besii.	71.		V.
eius principium eſſendi.	72.	Vnde vi Interdictum.	96.
Prima naturae & consequentia.	74.	Vrbes quando exstructae.	42.
Promulgatio LL. Naturalium.	72.	Vti poſſideris & Virubi interdicta.	8.
Proceſſus accusatorius & inquisitorius.	51.		
Publiciana actio.	10.		
Quorum bonorum Interdictum.	8.		
Recuperatores quinam.	17.		



Ka 3726

ULB Halle
004 917 43X

3



Farbkarte #13

B.I.G.



ATVRMII, PH. et J. V.D. ATIONES ENSES

M RARISSIMI ARGVMENTI

3726

IV. DE REO IN PROCESSV INQVISITORIO NON CONVICTO IN EXPENSAS NON CONDEMNANDO. 1727

V. HOBBESIVS SOCIALIS. S. DE GENVINO JVRIS NATVRALI'S PRINCIPIO HOBESII. 1724

VI. IMPERATOR C. JULIVS CAESAR NON IMPERATOR. 1724

RECVSAE,
TENDIS REPVRGATAE.

MBERGAE,
S SCHLOMACHIANIS. 1730

